torū ſcelerū. A recordatiōe penarū ſequentiū. A cōſideratione pegrinatiōis diuti/ne. ꝛ a deſiderio celeſt patrie Ezech. xxvij. Vent⁹ auſter cōtriuit te. ꝛc. Armamēta h⁹ nauis collige p hos ꝟ. Quiſ q̄d. vbi. cū q̄. q̄tiens. cur. quō q̄n. Singula diſtincte pfer ſcelus enucleādo. Item p naviculaꝫ intelligere poſſumus religionē aliquam ſtrictā ꝛ auſterā. ꝛ ꝓpter paucitatē intrātiū ꝛ ſecl'o totaliter renūciantiū. q̄b⁹ cōuēit illud Matth. xx. Multi em̄ ſunt vo. pau. vero elec. ꝛ illud. iij. Reg. xx. Porro filij iſrl' recēſiti ſunt in cōparatiōe multitudinis reg ſyrie q̄ habebat in exercitu ſuo. xxxij. reges. ꝛ apparuerūt ſic duo parui greges caprar̄. Hui⁹ nauicule extremitates anguſtas reddit tentatio demonū et obedientia preceptor̄. De pmo Eccī. ij. Fili accedēs ad ſeruitutē dei ſta in iuſticia et timore. ꝛ ppara aīam tuā ad tentatiōes ꝛc. De ſcōo Heb. vlti. Filij obedite ꝑpoſitis vr̄is ꝛc. Ps. Impoſuiſti homines ſup ca. n. Vel duo p/roſtra ſiue acumīa. ſunt caſtitas ꝛ paupᵗas. Latitudo autem medij. eſt dilectio fraterna ꝛ caritas. que quāto fuerit latior ꝛ ꝓtenſior. tāto erit nauicula amplior. Gregori⁹ Nemo ad ſeipm̄ ꝓprie ca. habere dicit. ſed di. ip. in al. tē. vt caritas eſſe poſſit. Aſcendit chriſt⁹ in hanc nauiculā nūc p viſitationē ꝓpriā. nunc p alienā. De viſitatiōe ꝓpria q̄ ſp cōſolatoria eſt dr Ezech. xxxiij. Ecce egoipſe req̄ram oues meas ꝛ viſitabo eas ſicut paſtor viſitat gregem ſuum. In paſcuis vberrimis paſcam eas. in montibus iſrael. De aliena Iſaie. xxvij. In die illa viſitabit domin⁹ in gladio ſuo duro. grandi. ꝛ forti. ſuper leuiathan vectē ꝛ ſup leuiathan ſerpentē tortuoſum. et occidet cetuꝫ qui in mari eſt. Per gladium durum accipere debemus viſitatorem aliquem rigidum ꝛ zelum dei habentem. qui cū apoſtolo in promptu habet vlciſci omnē tranſgreſſionē Sed tunc ſepe fit mot⁹ magnus in mari. ſcꝫ impatiētie et clamoris. Armamēta huius ſunt. Unde verſus. Lectio. ſcopa. labor. vigilantia pector̄ almi. Tunſio. ſingultus. lachryme. ieiunia. pſal/

mi. Itē p̄ naviculā intelligimus ſctām ⁊ catholicā eccleſiā. q̄ ſub diminutivo nomine ponit. qꝛ reſpectu iudeorū ⁊ paganoꝝ. hereticoꝛuꝫ ⁊ hypocritaꝝ falſoꝝqꝫ xp̄ianoꝛuꝫ pauciſſimi ſum⁹. Uñ in pſona ecc̄ie dꝛ i p̄s. Multiplicati ſunt ſup capillos capit; mei. q̄ o. m. iniq̄. Duo p̄roſtra pre. ⁊ puppis anguſta. ſignificāt duo tp̄a. maxīe tribulatiōis. Sicut em̄ in primitiua eccl'ia itū eſt p angu ſtā poꝛtā martyrij ⁊ tribulationis. ſic erit ⁊ in fine. ⁊ multo arti⁹ ⁊ anguſti⁹ tp̄ibꝫ antixp̄i. qñ etiā ip̄i toꝛtoꝛes coꝛuſcabūt miraculis ⁊ redundabunt ſignis. ita vt mittant̄ i erroꝛem etiā electi dei ſi fieri poteſt. In erroꝛē. ſ. titubationis. nō dubitationis. q̄a cito reſipiſcētes coꝛdis errorem religione cohercebunt. Medij latitudo ē pax ⁊ trāquillitas in qua nūc ſumuſ. licet qñqꝫ particulariter ſancta eccl'ia tribulet̄. Mare vl' aqua in q̄ fluctuat illa nauicula. eſt baptiſm⁹ a ſp̄ū ſctō ꝯſecratus. ⁊ ad nouā p̄roleꝫ concipiendā ⁊ regenerandā fecundat⁹. Joh̄. iij. Niſi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto ⁊c̄. Iſte ſunt aque de quibꝫ Geñ. j. Et ſp̄ūs dñi fereba? ſup aquas. Aſcēſus xp̄i in hanc naviculā. eſt p̄ſentia ip̄i⁹ ꝯtinua ⁊ quotidiana. Matthei. vlti. Ecce ego vobiſcū ſ. vſqꝫ ad ꝯſum. ſe. Ueruntamē ſepe videt̄ doꝛmire cum minime doꝛmiat. Canti. v. Ego doꝛmio ⁊ coꝛ meū vigilat. Doꝛmit p̄mittendo ⁊ diſſimulādo ad tempus. ſed vigilat in tribulationibꝫ ſuccurrendo. P̄s. Adiutoꝛ i opoꝛtu. in tri. Armamenta hui⁹ nauicule ſūt ſacramenta eccl'ie quibꝫ regit̄ ⁊ iuuat̄. verſus. Fons. caro. criſma. thoꝛus. oleū. contritio. clerus. Eccl'ie ſancte ſūt armamenta carine. Amen.

Dñica quarta.

Induite vos ſic̄ electi dei viſcera miſcdie. benignitatē. hūilitatē. modeſtiā. patiētiaꝫ ⁊c̄. Col. iij. Ad ſil'itudinē induētiū ſe veſtibꝫ materialibꝫ loquit̄ h̄ apl's vt induā⁹ nos ꝟtutibꝫ. Ueſtes ei aīe ſūt ꝟtutes. Induimur aūt veſtibꝫ q̄ttuoꝛ ex cāis. q̄s habes p̄ hos ꝟſus. Utimur induuijs pro frigoꝛe proqꝫ

tegēdis. Turpibꝫ ob ſacras ferias. ꝛ prelia ꝓpter. Igitꝛ ꝓma veſtis eſt miſcōia et benignitas. qđ quaſi vnū eſt ꝛ in idem redit. q̄ vtiqꝫ veſtꝭ calida eſt calore ſpūſſan. afflata. Job. xxxviij. Nōne veſtimenta tua calida ſunt cū ꝑflata fuerint auſtro. Ualet aūt hoc veſtimentū ꝯ triplex frigus. ſ. auaricie. accidie ꝛ inuidie. De frigore auaricie Job. xxxviij. Nunqđ ingreſſus es theſauros niuis. aut theſauros grādinis aſpexiſti ꝛc. Ille theſauros niuis ꝛ grādinis ingrediꝛ. q̄ proximo ſuo frigore ꝛ nuditate fame ꝛ ſiti laborāti. miſcōie viſceribꝫ ex benignitate cōpatitur. Diciꝛ em̄ benignitas q̄i ignita bonitas et miſcōia. a compatiendo aliene miſerie nomē ſortita eſt. vt dicit Iſido. Tale veſtimentū habuit Job. xxxj. cuꝫ diceret. Si nō de velleribꝫ ouiū mearū calefactꝰ eſt paup. Et beatꝰ martinus. De frigore inuidie diciꝛ Job. xxxviij. De cuius vtero egreſſa eſt glacies et gelu de celo quis genuit. Hoc diciꝛ de dyabolo. cuiuſ inuidia mors introiuit i orbem terrarū. Hoc veſtimento calidus exiſtit qui iniurias ꝛ īimicicias remittit. Iſido. Non ſolū qui eſurienti ꝛ ſitienti ꝛ nudo beneficiū largitatis impendit. ſed q̄ inimicū diligit. et lugenti affectum cōpaſſionis ꝛ ꝯſolationis impartit. ꝓculdubio elemoſynaꝫ facit. De frigore accidie dicitur Prouerb. xx. Propter frigus piger arare noluit. Qđ exponit Grego. Propter frigꝰ piger nō arat dū deſidie torpore cōſtrictꝰ agere q̄libet bona diſſimulat. Scđa veſtis eſt humilitas cuiꝰ vſus eſt nob neceſſarius ꝯtra turpitudinē nuditatis. Apoca. xvj. Beatꝰ q̄ cuſtodit veſtimēta ſua ne nudus ambulet. Quacūqꝫ em̄ gr̄a vlꝫ virtute polleat hō. nudus ꝛ indecorus apparebit. ſi nō hūilitatis veſtimēto fuerit cooptꝰ. Un̄ Gregꝭ. Qui virtutes ceteras ſine humilitate cōgregat. q̄ſi q̄ puluerem in ventū portat. Diffiniꝛ aūt ſic Humilitas eſt virtus qua hō veriſſima ſui cognitōe ſibi ipi vileſcit. Tria ſunt genera hoim̄ que maxime indigent ornatu ꝛ cōpoſitione humilitatꝭ. videlicꝫ rectores. doctoreſ. clauſtrales

eo qꝛ ipſoꝝ turpitudo magis ſit notabil' qꝫ alioꝝ. ſi nõ hu militatis pallio ꝯtegant. iuxta illud poeticũ. Omne ani viciũ tanto ꝯſpecti⁹ in ſe. cri men hꝫ. quanto q̃ peccat ma ioꝛ habet. Propter qđ filijs aaron. i. eccl'iaſtic' ⁊ eminẽti bus pſonis pceptũ fuit in le ge. Exo. xxviij. vt induerent femialib⁹ lineis ad operien dã turpitudinez carnis ſue. De humilitate platoꝝ. Iſi. Qui pficit ad regimen. talit erga diſciplinã ſubditoꝝ p ſtare ſe debet. vt nõ ſolũ au ctoꝛitate. verũetiã hũilitate clareſcat. De humilitate do ctoꝛũ idẽ. Bon⁹ doctoꝛ eſt q̃ ⁊ in humilitate ſuat diſcipli nã. ⁊ p diſciplinã nõ incurrit ſupbiã. Supbi ei doctoꝛes vulnerare poti⁹ qꝫ emẽdare nouerunt. Salomone atte ſtante q̃ ait. In oꝛe ſtulti vir ga ſupbie ⁊c̃. De humilitate monachoꝝ idẽ. Sũma vir tus monachi hũilitas. ſum mũqꝫ ei⁹ viciũ ſupbia eſt. hẽ ẽm paup ſupb⁹ đo odioſus.

Tercia veſt' eſt modeſtia q̃ induẽduz ẽ in ſũmis feſti uitatib⁹ ꝓpter decoꝛẽ illius ⁊ pulchꝛitudinẽ. qꝛ ipã ẽ oꝛna mentũ oĩm ṽtutũ. Deſcribi tur aũt ſic. Modeſtia eſt ṽt⁹ coꝛpis. habit⁹ ⁊ cete neceſſa rie ſuppellectil' immoderatũ reuocãs vſuz. Et ptinet hṽ tus ad tpantiaz. q̃ nihil ſup fluũ diminutũ ve admittit. Quid ẽm ẽ reuocare ĩmode ratũ vſum coꝛpis. habit⁹ et ſuppellectil' niſi modũ tene re in oib⁹ ⁊ tẽperatũ eẽ. Nã ſi cut dicit Iſido. in li. de ſum. bo. Quicq̃d cũ mõ ⁊ tpamẽ to fit ſalutare ẽ. q̃cq̃d aũt ni mis ⁊ vltra modũ ẽ pnicioſũ fit. ſtudiũqꝫ ſuũ in ꝯriũ ṽtit. In oĩ ope modũ ⁊ tpantiaz opoꝛtꝫ tenere. nã oĩe qđ ex cedit piculoſuz fit. Sic aq̃ q̃ ſi nimis imbꝛes pbeat. nõ ſo lũ nullũ vſuz ꝯfert. ſꝫ etiã pe riculũ affert. Hoc ẽ qđ dicit phs. Sũme q̃ꝫ hitudies cũ in exceſſu fuerit diſſoluunt. Sũme hitudies ṽtutes ſũt q̃ reuera tũc diſſoluunt. qñ ipis tpamẽtũ modeſtie ñ ad hibet. Et inde ẽ qꝛ q̃dã ṽtu tes dũ diſcretiõi modeſtie ñ ſuiũt in vicia trãſeũt. iuxta il lud poe. Dũ vitãt ſtulti vicia in ꝯria currunt. Verbi grã. Nã ſepe iuſticia dũ ſuũ mo dũ excedit crudelitat' ſeuiciã incurrit. ⁊ nimia pietas diſ ſolutionẽ diſciplie parit. ⁊ ꝫ

li ſtudiū dū pl⁹ ē q̄ȝ oportet in reatū trāſit iracūdie. ⁊ mlʼ/ta māſuetudo torpor ſegni ciē gingnit. Itē apud q̄ſdaȝ ex v̄tute viciuȝ gignit dū q̄s de caſtitat. abſtinētie. eleoſi ne ⁊ prudētie merit glarᷓ vl abutit. vñ ſꝑ finis ↄſidrād⁹ ē ne d̄ ouo egrediat ſcorpio l basiliſc⁹. Iſa. lix. Et qd̄ cōfo tū ē erūpet in regluȝ. Propt qd̄ dr̄ puer. xxij. Finis mode ſtie timor dñi diuitie ⁊ gl'a ⁊ vita. Hec ē veſt ioſeph tala ris ⁊ polimita. q̄ ⁊ hoīem in morte ñ defit. ſȝ mēoriā ipi⁹ agit. ſicut dr̄. ij. Macha. iiij. de onya qꝫ recordatus ē rex defuncti ſobrietatē ⁊ mode/ſtiā ⁊ flexus ad miſcd̄iam fle uit ⁊c. Quarta veſt ē pati entia. q̄ vtendū ē in plīs. ſup plet ei locū oīs armature. Cant. iiij. Mille clipei pen/dēt ex e. o. ar. f. Bñ dic fortiū q̄ꝛ h̄ gen⁹ armoꝝ ꝑ effemina tis et mollib⁹ nō eſt. ſȝ ꝑ vir fortiſſimis. j. Mach. iij. In/duit ſe iudas lorica vt gy/gas. ⁊ ſuccinxit ſe armis bel licis. Pulchra veſtitura ſūt arma radiātia ⁊ bñ polita ⁊ a radio ſolis repcuſſa. Tali bus optabat apl's indui cū dicerȝ Ro. xiij. Induamur arma lu. ⁊c. Talib⁹ induen/di erāt q̄b⁹ dictū eſt. Sede/te in ciuitate donec iduami ni vir. ex alto. Que em̄ v̄t⁹ altiſ ſimi fabricauerat. vtiq̄ȝ ſpe/ctaculo digna erāt. Et ſignt dr̄. donec induamini. Nō ei ſecurꝫ fuiſſet ſine armis pati entie ⁊ ↄſtātie ↄ tam ſeuiſſi/mos hoſtes ꝑdiſſe. Quod patȝ in p̄ncipe apl'orum pe/tro. quē vilis ⁊ turpis puel/la hoſtiaria ↄfudit. q̄ꝛ his ar mis nōdū p̄cinct⁹ fuit. Sȝ mox vt armat⁹ fuit. militia ꝑl'i iudeoꝝ ſe circūdant nō timuit. imo vires p̄ncipū ce/ſus p̄ſſit. Patiētia dur gau det ⁊ magnā remuneratōeȝ habet. Luce. xxj. In patien/tia ve. poſ. ani. ve. Qd̄ expo/nens beat⁹ Greg. in cur. pa. ait. Sic ↄditi mirabilit ſu/mus. vt ratio aiam. ⁊ aīa cor pus poſſideat. Ius v̄o anie a corꝑis poſſeſſiōe repellit. ſi nō p̄us ania a rōe poſſide tur. Cuſtodē igit ↄditionis nr̄e patientiā dñs eē mōſtra uit. q̄ꝛ in ip ſa nos poſſidere noſmetipos docuit. Diffini tur aūt ſic. Patiētia ē v̄tus ⁊ vis ai ↄtumeliaꝝ. ⁊ omis ad uerſitat iꝑet⁹ cū trāq̄llitate ſuſtinens. Qd̄ nob ⁊c. Amē.

De eadem dñica.

**Simile fa**ctum eſt regnũ celoꝛũ homini ſeminanti bonũ ſemen in agro ſ. ꝛc̃. Matth. xiij. Dicit q̃dam gloſa. Cauendũ eſt vbicũq; dñs exponit ſmones ſuos. ne aliud ꝙ̃ qḋ ipe exponit vl' plus intelligere velimꝰ. Expoſuit ḡ chriſtꝰ diſcipul' parabolã zizanioꝝ ſic. Qui ſeminat bonuꝫ ſemen filiꝰ hominis eſt. Ager aũt eſt mundus. Bonũ ſemẽ hi ſunt filij regni. Zizania aũt ſunt filij nequã. Inimicꝰ aũt qui ſeminat ea eſt diabolꝰ. Meſſis vero ꝯſũmatio ſcl'i. Meſſores autẽ angeli ſunt. Sic̃ ḡ colligunt̃ zizania ꝛ igni cõburunt̃. ſic erit ꝛ in ꝯſũmatione ſeculi. Mittet filiꝰ hoĩs angelos ſ. ꝛ col. de re. eiꝰ oĩa ſcand. ꝛ eos q̇ faciũt iniq̇tatem ꝛ mittẽt eos in caminuꝫ ignis. ibi erit fletꝰ et ſtridoꝛ dentiũ. Tũc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno pr̃is eoꝛũ. Hec eſt veriſſima expoſitio dñi ſaluatoris q̇ dicit mũdũ eſſe agrũ. ꝛ q̃nq; ſctãm eccleſiã. vel bonã ꝯſcientiã. l' etiã religionẽ approbatã. Vñ ꝟ.

Bis duo ſunt agri ꝟtutũ ſemine culti. Mũdus ꝛ eccleſia. mens ꝯſcia. regula ſctã.

Igit̃ vt dictũ eſt. mũdus eſt ager ꝑpter pulchꝛitudinẽ vniuerſitatꝫ quã ꝯtinet. Pſ̃. Pulchꝛitudo agri me. eſt. Gloſa. Vbertas oĩm reꝝ in terra naſcentiũ mea eſt. i. mihi ſeruit. qꝛ ego vbiq; ſuꝫ ꝛc̃. Semen iſtiꝰ agri eſt oĩs creatura viſibilis ſiue in celo ſiue in terra ſiue in mari. ꝛ p̃cipue hõ q̇ eſt maxia pars creature dei. qḋ ſemen vtiq; bonũ eſt ꝯditũ. ſed malicia diaboli depꝛauatũ. ꝛ a ſua rectitudine diſtoꝛtũ. Ecc̃es. vij. Solũmodo h̃ inueni ꝙ fecerit deꝰ hoĩem rectũ. ꝛ ipſe ſe infinitis imiſcuerit q̃ſtionibꝫ. ſ. diaboli. Gen̄. iij. Cur p̃cepit vobis deꝰ vt nõ comederetis de om̄i lig. pa. Propter hoc ſequit̃ ibi. Inimicicias ponã inter ſemen tuũ ꝛ ſ. il. Itẽ ſancta eccl'ia dicit̃ ager ꝑpter ſui fecũditatem ꝛ fertilitatẽ. cuiꝰ ſemen ẽ fides Meſſis vita eterna. Hic ẽ acheldemach xp̄i ſanguine cõparatꝰ in ſepulturã ꝑegrinoꝛũ. ſ. credẽtiũ q̇ ꝑegrinos ſe reputant ꝛ exules i h̃ mũdo. Hic eſt ager booz. De q̃

Ruth.ij.Audi filia.i.fidelis
anĩa attẽde.ne vadas ad col
ligendũ in agrũ alteruꝫ nec
recedas ad hoc loco.i.a pro
poſito fidei ⁊ dilectione chri
ſti.Stetit ergo ⁊ collegit vſ/
qꝫ ad veſperã mdi.ſ.qi ephy
menſurã.i.tres modios.per
q̃s intelligit̃ fides ⁊ cõfeſſio
ſancte trinitatis. ſine q̃ ager
ille ſterilis eſt ⁊ infecundus.
Matth. vlti. Baptizantes
eos in noĩe p̃ris ⁊ filij ⁊ ſpũſ
ſancti. Mar.vlti. Qui credi
derit ⁊ baptizatꝰ fuerit ſaluꝰ
erit.q̃ vero nõ crediderit cõ
demnabit̃. Huic agro dia/
bolus ſupſemiauit ſemẽ he/
retice prauitatꝭ ⁊ ſemen fidei
multiplicit̃ ꝯfudit q̃ſi in pri
mo flore cũ adhuc ſemen eſ/
ſet in herba. Iſa.xviij. Ante
meſſem totꝰ effloruit et ĩma/
tura ꝑfectio germĩauit. Ef/
floruit ꝓpter hereticos.ima/
turos fructꝰ dedit.ꝓpter ty/
rannos.q̃ abſtulerunt labo
res iuſtoꝝ. Iſido. Sctã ec/
cleſia ꝯtra gentiliũ ⁊ hereti/
corũ ꝑuicaciam. ſũmopẽ ſa/
pientia ⁊ patiẽtia ſtudet. Sꝫ
exercet̃ ſapiẽtia cũ temptat̃
verbis.exercet̃ patiẽtia cum
temptat̃ gladijs. Cauſa pra
uitatis heretice doctrinis ẽ
ꝓpagata eccleſia. nã ante ſim
plici tm̃ fide vigebat. et ſic ꝑ
acumen hereſum eccl'ie ma/
giſtri creuerũt. Item bo/
na ꝯſcientia dicit̃ ager.quia
ad modũ agri vult ſepius vi
ſitari ⁊ conſolari et exerceri.
Prouerb.xxiiij. Prepara fo
ris opus tuũ ⁊ diligent̃ exer
ce agrum tuũ. Et Iſa.vij.
Om̃s mõtes q̃ in ſarculo ſa
rient̃.terror ſpinarum et ve/
priũ nõ veniet illuc. Sarcu
lus iſte ſiue raſtrũ. eſt ꝯſcien
tie bone interrogatio in de/
um.i.coraꝫ deo. vt hõ inter/
roget ⁊ diſcutiat ⁊ diiudicet
ſemetipm̃. ſicut dicit̃.j. Co/
rinthi.xj. Q ſi noſmetipos
diiudica.nõ vtiqꝫ iudi. Hu/
ius agri ſemen eſt puritas ⁊
ſimplicitas cordis. De quo
Sap.j. In ſimplicitate cor/
dis q̃rite illũ ⁊c̃ Hic eſt ager
ad quẽ exijt yſaac ad meditã
dum. Gen.xxiiij. Meditari
em̃ ⁊ ſtudere debet hõ cõſci/
entie ſue.⁊ frequẽter eã inui
ſere.qꝛ ipa eſt ſpeculuꝫ anĩe.
Vñ ſponſa Canti.vij. Egre
diamur in agruꝫ videamus
ſi flo.fr.ꝑ.⁊c̃. Et Iob.v. Vi/
ſitãs ſpeciẽ tuã nõ peccabis
Innocẽtia ⁊ ſimplicitas ſũt
duo oculi ſpõſe. De q̃ Cañ.ij



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oculi tui col'. qui angul' ca/
rent. Luc. xi. Si oculꝰ tuus
ſimplex fuerit. totū corpꝰ tu
um lucidū erit. Huic puriſſi
mo grano qnoq; diabolꝰ ſup
ſeminat zizania duplicitatꝫ.
verſucie ⁊ calliditatꝫ. ad pro
candū iram dei. Job. xxxvi.
Simulatores ⁊ callidi ipſi
prouocauerūt irā dei. Dū em̄
perſi hoīes in factꝫ ſuis de
prehēdi metuūt ad ſimulati
onis ⁊ hypocriſis foueas re
currūt. ſicut ericiꝰ. Iſa. xxx
iiij. Ibi habuit foueā ericiꝰ.
Grego. Foueā habet ericiꝰ
in reprobis. q2 malicioſe mē
tis duplicitas ſeſe itra ſe col
ligens abſcondit in tenebrꝫ
defenſionis. Ex his ſunt ſic
dicit ap'lus. cauteriatā ſuaz
ↄſcientiā hn̄tes. ⁊ omia in ſi
niſtrā partez interp̄tantes.
Sap. xvij. Cum ſit em̄ timi
da neq̄cia dat teſtimoniū cō
demnatiōi. ſemp em̄ p̄ſumit
ſeua pturbata ↄſcia. Itez
religio ſctāz approbata dicit̄
ager. ⁊ pſone pbe et honeſte
inibi degētes ſunt bona ſe/
mina. De h̄ ḡ agro dr. ij. Re.
ij. Vocatūq; eſt nomen loci
illiꝰ ager robuſtoꝝ in gaba/
on. qđ interp̄tat̄ vallis me/
ſticie. qđ ↄuenit religioni p/
pter reglarē diſciplinā. He/
bre. xij. Omis aūt diſciplina
in p̄nti quidē non videt̄ eſſe
gaudij ſed meroris ⁊c. Nota
hyſtoriā de agro robuſtoꝝ.
Dixit abner ad ioab. Sur/
gant pueri ⁊ ludāt corā nob.
⁊ ſurrexerūt duodeci hinc. ⁊
duodecim inde. App̄hēſoq;
vnuſq̄ſq; capite cōparis ſui.
defixit gladiū in latere con/
trarij ⁊ ceciderūt ſimul. fuga
tuſq; eſt abner et viri eius a
pueris dauid in die illa. Pu
gna illa ſignificat ↄflictū vir
tutū ⁊ vicioꝝ. Pueri dauid
milites ſunt chriſti ⁊ viri re/
ligioſi. Pueri autez abner fi
lij nequā ⁊ ſerui diaboli. vel
ip̄a peccata ⁊ vicia ⁊ varia tē
ptamenta. q̄b9 exercitant̄ ele
cti q̄ in h̄ campo certaminis
⁊ pugne ſp̄ualis. nūc vincūt.
nūc vincunt̄. eo q2 varius ſit
euentꝰ belli. Bonū ḡ ſemen
in h̄ agro. viri approbati ⁊ p/
ſone electe ſunt in religione
Sed ille q̄ in electꝫ maculā
imponit. etiā qnoq; ſemen il/
lud inficit. ⁊ zizania ſpargit
etiā inter paucos. nec habet
differētiā ſiue ī m'titudie vī
cat ſiue in paucꝫ. Jo. vi. Nō
ne vos. xij. ele. et vnꝰ ex vob
diabolꝰ eſt. imitatōe. ſ. nō na

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ture ꝯditõe. ⁊ tñ dñs tolerauit eũ. Tolerãdi ſũt mali ꝓpter tres cãs. Pria est vt ꝑ eoꝝ finalē reprobationē bonis terroꝛ incutiat. Job. xli. Cũ ſublat⁹ fuerit timebunt angeli ⁊ troꝛe purgabunt. Scḋa vt ꝑ eos vindicta exerceat. iiij. Reg. x. Dixit dñs ad iebu. Quia ſtudioſe egiſti ⁊ qḋ rectũ erat. ⁊ qḋ placitũ erat in oc. m. fe. ⁊c̃. Tercia vt ꝑ h̄ boni ad patiam et modeſtiã anient. Marci. iij. Fecit vt eēnt. xij. cũ eo ⁊c̃. inter q̄s nnmerat iudas ſcarioth. Glo. Hic int apl'os Judas ponit. q2 magna eſt patientie virt⁹. quã neq3 aduerſari⁹ miniſter infirmat. voluit em̄ dñs tradi a ſuo diſcipulo vt tu a ſocio tradit⁹ modeſte feras tuũ erraſſe iudiciũ. tuũ periiſſe bñficiũ. A.

Dñica ſeptuagesime ep'la

Jc curri te vt cõphēdatis. j. Coꝝ. ix. Ad ſupne vocatõis brauiũ currere volētib⁹ q̄ttuoꝛ ſunt neceſſaria. ſ. coꝛpis agilitas. vite eq̄litas. oꝛonis ſedulitas. brauij ſiue pmij imēſitas. vñ ꝟ. Cinge ſin⁹ lapos, tota vi cõpme pugnos. Os bēas paculũ. coꝛ ad optia pmia fixũ. Dicit āt brauiũ q̄i breuis vie pmiũ. Et ſic he ꝓprietates ꝑ brauio currētiũ. Igit prima ꝓpetas ē pcingere ſe ⁊ ſinũ laxũ colligere ⁊ veſtes aptare. Hec aptitudo ⁊ agilitas fit ꝑ abſtinētiā ⁊ carnis maceratõē ſpũal'r loq̄ndo. q2 abſtinētia ⁊ ieiũiũ reddũt coꝛpa leuia. ſana ⁊ expedita. Quo ꝯ crapula ⁊ gula. pigra inertia ⁊ iepta. Vñ ſaluatoꝛ nr̄ volēſ cauere ſuiſ curſoꝛib⁹ dic̄ Lu. xxi. Attēdite aũt vob ne gueni coꝛda vr̄a crapula ⁊ ebrietate. ſic̄ pmis parentib⁹ accidit ⁊ q̄tidie multiſ. Eccl. xxxvij. Propt crapulã multi perierũt ⁊c̃. Hoc etiā videm⁹ in auib⁹. q̄ ſi nimis replete fuerint aut moꝛiunt. aut pigrius volant. l' etiã ad manus dñoꝝ ſuoꝝ redire contemnũt. q̄ſi recalcitrantes ⁊ eis terga vertentes. Pš. Incraſſatus eſt dilectus ⁊ re. ⁊c̃ Et Job. xv. Cucurrit aduerſus deum extento collo. ⁊ pigui ceruice armatus eſt. Hoc eſt qḋ apl's ipꝛoperat diſcipul' carnalit. Gal. iij. ⁊. v. Sic ſtulti facti eſtis vt cum ſpũ cepiſtiſ. nũc carne ꝯſũma

mini. Currebatis bene. q̃s vos impediuit veritati non obedire Ps. Occidit pin. eo rū. ꝛ el. iſrl' impe. Electi iſrael ſunt p̄lati crapulis dediti Eccl. x. Ve t're cui⁹ rex puer eſt. ꝛ p̄ncipes ei⁹ mane comedunt. Pueros vocat eosqꝫ iuxta verbū Oſee. iiij. Vinū et ebrietas aufert coꝛ. ita vt neſciant ad quid nati ſint.

Scd̄a ꝓprietas eſt ꝯſtringere pugnos ꝛ ponere lapides in manib⁹. qd̄ fit ꝓpter equalitatē coꝛpis ne plus declinet in vnū lat⁹ q̄ꝫ in aliud Sic ꝛ nos equalitatē vite ī om̄ib⁹ tenere debem⁹. ꝛ mediū ſeruare inter paup̄tatē ꝛ diuitias. Prouer. xxx. Diuitias ꝛ pau. ne dederis mihi. ſed tm̄. v. m. tri. neceſ. Itē inter ꝓſpera ꝛ aduerſa q̄ tā bonis q̄ꝫ malis euenire ſolēt indifferent. Eccſ. ix. Sūt iuſti quib⁹ mala ꝓueniūt quaſi opa egerint impioꝝ. ꝛ ſūt impij q̄ ita ſecuri ſunt q̄ſi iuſtoꝝ opa habeāt. Itē inter ſpem ꝛ timoꝛē Eccſ. ix. Sunt iuſti atqꝫ ſapiētes. ꝛ opa eoꝛuꝫ in mān dei. ꝛ tamē neſcit homo vtrū amoꝛe an odio dignus ſit. Vnū em̄ hō debet ſemp timere. reliquū vero ſperare. hoc eſt pondus ſanctuarij. Iſti ſūt duo lapides onichyni ad dexterā et ſiniſtram ſup humeralis poſiti. ſcꝫ vite eq̄litas. Exo. xxviij. quoꝝ natura eſt timoꝛeꝫ inducere. ꝛ lites ꝛ ꝯtentōes ꝓuocare. Talē nanqꝫ ꝯcertationē approbat de⁹. H̄ eſt qd̄ h̄ dicit. Om̄is q̄ in agone ꝯtēdit. ab omnib⁹ ſe abſti. Quidaꝫ em̄ ſpiritalis agon agit intra ꝯſcientiā. ꝛ nunc ſuperat ſpes. nūc timoꝛ. ꝛ ſub tali dubio tanto foꝛti⁹ currit. quanto minoꝛ certitudo et brauij ꝛ mete habet. Pauci ſunt q̄ cū ap̄lo dicere poſſint Sic curro nō q̄ſi in incertū ꝛc. cū ipe inter ſpem ꝛ metuꝫ poſitus dicat. Frēs. ego me nō arbitroꝛ comp̄hendiſſe.

Tercia ꝓprietas eſt q̄ currentes os habeāt apertū ꝓpter reſpirationē ꝛ attractionē aeris ad pulmoneꝫ. q̄ ſm̄ Iſido. dicit a palpitādo. eo q̄ ſit in cōtinuo motu. nunc expirando. nūc attrahendo ad coꝛ ſpm̄ vitalē ꝛ auram refrigeratiuam. qꝛ coꝛ calidiſſimū q̄d eſt. ꝛ ſignat in hoc frequētia ꝛ ſedulitas oꝛonis. qꝛ ſicut coꝛ abſqꝫ aeris attractione p̄ cannas pulmonis vi-

nere nō pt. ſic nec ſpiritalis
homo ſine oꝛone continuat
ſpūſſcti viſitatōe. Job.x. Vi
ſitatio tua cuſtodiuit ſpiritū
meū. De hac aptōe Pſ. Os
meū aperui ⁊ attraxi ſpm ⁊c̄
Oꝛo em̄ eſt q̄ddā ſpiraculū
a deo aīe infuſum ad viui/
ficandū eā. Vn̄ Job.xxxiij.
Spiraculū om̄ipotentꝭ vi/
uificauit me ⁊c̄. Aptio oris ⁊
motio freq̄ns labioꝝ adiu
uat currētes. ſic ⁊ oꝛantes. j.
Reg. j. Tm̄modo labia illi⁹
mo. ⁊ vox p. nō au. Hoc dici
tur de āna q̄ flens oꝛabat cō
tra obpꝛobꝛiū ſterilitatꝭ q̄ af
fligebat eā emula eius vehe
menter. ⁊ exaudita ē oꝛo ei⁹.
Ↄcepit em̄ ⁊ peperit pueruʒ.
queʒ vocauit ſamuel. eo ꝙ a
deo poſtulaſſet eū. Sicut ei
coꝛ paſcit aere tēperato. ſic
aīa ↄtēplatiua odoꝛib⁹ grā/
rū ⁊ cariſmatū venientib⁹ et
ꝓdeūtib⁹ a ſpūſctō. Canti. j.
Trahe me poſt te currem⁹ i
odoꝛē vn. tu. adoleſcētule di
lexe. te. nō vetule q̄ aperiunt
os ſuū nō ad oꝛandū q̄n po
ti⁹ ad tuſſiendū vel ad garri
endū. Quo cōtra de homie
iuſto Ecci. xxxix. Aperiet os
ſuuʒ in o. ⁊ p de. ſuis depꝛe.
Pſ. Cucurri in ſiti ⁊c̄. ſicut
ceru⁹ quādo ſitit. aperit os
⁊ eijcit linguā. Quarta p/
pꝛietas ē bꝛauij ſiue pꝛemij
conſideratio. Gregoꝛi⁹. Si
cōſiderem⁹ fratres chariſſi/
mi que ⁊ q̄nta ſunt que nob
pꝛo. in. ce. vil. a. om̄ia que h.
in terriſ. Vtinā mercatoꝛes
noſtri ſic currerēt p diuitijs
eternis ⁊ ꝑmanentib⁹ ſic cur
runt p tranſitoꝛijs. q̄ ſūmis
periculis ſe exponunt. Pſ.
Qui deſcendunt mare ī na.
f. o. in a. mul. Et Jſaie. xviij.
Ve terre cymbalo alaruʒ q̄
eſt trans flumen ethyopie. q̄
mittit in mare legatos. et in
vaſis papiri ſuꝑ aquas. Per
vaſa papiri debemus intel/
ligere fragilitatem nauium
quib⁹ ſe cōmittunt tam au/
dacter vt nihil de vita cura/
re videant lucri gratia. Quo
rum auariciā deridet poeta
dicens. J nunc ⁊ ventis ani
mam cōmitte. dolato. Con/
fiſus ligno. digitis a moꝛte
remotis. Quattuoꝛ aut ſe/
ptem. ſi ſit latiſſima reda. O
ſi tam pꝛecipites eſſent ſco/
lares noſtri ad ſcolas vel ad
clauſtra. ſicut ſunt ad ſpecta
cula vel ad pꝛoſtibula. Hie
remie. viij. Omnes conuerſi
ſunt ad curſum ſuum. quaſi

equus impetu vadens ad ꝑlium. Multũ prouocat ad currenduz ꝙ hõ videt ꝑmium ⁊ brauium ſuũ in ſtadio poſitum. Geñ. xv. Quid dabis mihi premij. Ego ſum merces tua magna nimis.

Quis nõ curreret vbi ieſuz ſtantem ꝓ ſigno videret. Actuum. vij. Ecce video celos apertos. ⁊ ieſum ſtantem ⁊c. Glo. Apparuit crucifixus ne formidaret lapidand⁹. ⁊ ipa viſio deifica tota merces eſt in patria. Ipa eſt laborꝭ noſtri premiũ ⁊ curſus brauiũ. Que ꝗ̄ ineffabilis ſit dicit̃. j Corinth. ij. Q oculus nõ vidit nec aurꝭ audiuit. ⁊c. Qð nobis pſtare di. Amẽ.

De euangelio.

ſImile eſt regnũ celoꝝ homini patrifamili. ⁊c. Matth. xx. De vinee appellatione ſicut dicit beat⁹ Ambro. pleriq; varias ſignificationes deriuãt. Significat eĩ qñq; ſcãz eccãz. qñq; fidelẽ aiaz. qñq; ſacrã ſcpturã. qñq; ordinem ⁊ vitã religioſaz. Ad quod probandũ ſufficere poterit vna auctas breuitatis cauſa Iſa. v. Vinea domini exercituũ dom⁹ iſrl' eſt. ⁊ viri iuda germen delectabile eius. Notandũ ergo ꝙ circa opãrios cõducẽdos qttuor ſunt neceſſaria. videlicet vt ſint corpe fortes. officio induſtrij ⁊ ſagaces. pauperes ⁊ pcio indigentes. laboris inſtantia fideles. Vñ verſus. Quere viros fortes. cultores ɋ̃re ſagaces. Quos reb⁹ tenues. ⁊ noueris eſſe fideles. Igit̃ viros fortes et ſtrẽnuos querit dñs. ſiue hoc ad litterã. vel ad ſpiritũ intelligat̃. vtrũq; verum eſt. quia tales multuz proficere poſſunt in ſeruicio dei. propter quod ab intrantib⁹ religionẽ queri ſolet. videlicet ſi ſint corpe fortes ⁊ ſani. nullam ꝑpetuã aut innatam infirmitatem habentes. quia iuxta illud Sapiẽ. ij. Qð infirmũ eſt inutile reputatur.

Valẽt enim fortes ad qttuor. ſcꝫ ad meritũ augendũ Joſue. xvij. Populus multus es ⁊ magne fortitudinis non habebis partem vnaz. ſed tranſibis ad montes et ſuccides tibi atq; purgabis ſpacia ⁊ poteris vltra proce

dere &c. Ad debiles con-fortandum & consolandum Roma. xv. Debemus autem nos fortiores debilitates in firmorum ſustinere &c. Item ad bonum exemplum mino-ribus prebendum. ij. Mach. vi. Adoleſcentibus autem forte exemplum relinquam ſi prom-pto animo &c. Item ad ar-dua aggrediendum. Judi. xiiij. Cumque veniſſet ad vineas opidi apparuit ei catulus leo-nis ſeuus nimis. irruit autem ſpiritus domini in ſamſon. et dilacerauit leonem. et quaſi edum &c. Item querit vi-ros induſtrios & ſagaces et officium ſuum ſcientes. Que ſcientia in quattuor conſiſtit. vi-delicet vt ſciant in locis con gruis plantare & terram bo nam cognoſcere. Ezech. xvij. In terra bona ſuper aquas mul tas plantata eſt vt faciat fron des & portet fructum vt ſit in vineam grandem &c. Item vt ſciant ſuperflua & inutilia tollere & putare. & tempus pu-tationis cognoſcere. Apoc. xiiij. Mitte falcem tuam acu tam in terram & vindemia bo-tros vinee terre. quoniam ma ture ſunt vue eius. Et Iſaie xviij. Precidentur ramuſcu li eius falcibus &c. Cantic. ij Tempus putationis adue-nit. Item qui ſciant fode-re per confeſſionem. paſtinare per conſolationem. ligare per dilectionem. dilatare per pre-dicationem & bonum conſi-lium. Ezech. xvij. Creuit in vineam latiorem humili ſta tura &c. Ps. Extendit pal-mites ſuos vſque ad ma. &c.

Item qui ſciant certis tem poribus viſitare. et a beſtijs cuſtodire. Can. j. Capite no bis vulpes par. que demo. vi. & Ps. Exterminauit eam aper de ſilua. & ſingularis fe rus. i. antichriſtus. vel aliquis he reſiarcha magnus depaſtus eſt eam. A talibus cuſtodien-da eſt vinea domini. Sed mul tis conuenit dicere illud Can ticorum. j. Poſuerunt me cuſto dem in vineis. vineam meam non cuſtodiui. Quod mul-tis ex cauſis contingit. quia multi eorum ſunt moribus le nes et corde puſillanimes. De quibus Naum. iij. Cu-ſtodes tui quaſi locuſte. et paruuli tui quaſi locuſte lo-cuſtarum que conſidunt in ſepibus in die frigoris. or-tus eſt ſol & auolauerunt. Ver. Res eſt eſtiua, ſalebroſa. voraxque

locuſta. Sic et cuſtodes vi/
nea ſctā tui. Item querit
paupes ⁊ inopes ⁊ p̄cio indi
gentes. q̄ꝛ tales ſunt paucis
contenti. Thimo. vj. Habē
tes alimenta ⁊ quibus tega
mur his cōtenti ſimus. Qd̄
eſt cōtra diuites ⁊ auaros q̄
bus totꝰ mūdus nō ſufficit.
circa quos multas expēſas
fieri opoꝛtet plerumq; inuti
les ⁊ inanes. q̄ꝛ multa expen
dunt ⁊ parū operant᷑. Secꝰ
eſt de pauperibꝫ in laboꝛibꝫ
a iuuentute ſua tritis ⁊ aſue
tis. Ps̄. Pauper ſum ego. ⁊
in laboꝛibꝫ a iuuentute mea
⁊c̄. Exemplū de Joſeph. qui
cū. xvj. eſſet annoꝛū venditꝰ
eſt in egyptū ⁊ ſeruituti ad/
dictus. manꝰ eiꝰ in cophino
ſeruierūt qd̄ eſt officiū vini/
toꝛū. ſ. mittere fimū ⁊ ſterco/
ra circa truncū. qd̄ eſt cōtra
diuites manꝰ ſuas nulli la/
boꝛi apponentes. Ps̄. In la
boꝛe hominum nō ſunt ⁊c̄.

Item q̄ꝛ tales ſunt magiſ
patientes iniuriaꝝ ⁊ leſionū
Prouerb. xviij. Cū obſecra/
tionibꝫ loquit᷑ pauper. diueſ
autē effabit᷑ rigide. Et Eccī.
xiij. Diues iniuſte egit ⁊ fre
mebit. paup̄ aūt ⁊ leſus tace
bit. Paupes relicti ſunt do/
mino tanq̄ʒ inutiles ⁊ ad o/
perandū in vinea diaboli et
mundi huiꝰ nihil valentes.
iiij. Reg. xxv. Tranſtulit na/
buzardā pꝛinceps militie in
babylonem fabꝛū ⁊ artificeʒ
⁊ incluſoꝛem ⁊ quēlibet ele/
ctum. ſed de paupibus ter/
re reliquit vinitoꝛes ⁊ agri/
colas ⁊c̄. Ps̄. Tibi derelictꝰ
eſt paup̄ ⁊c̄. Paupes em̄ ho/
mines ⁊ mūdo abiecti veni/
niunt ad ſeruicium chꝛiſti. ⁊
pauci de mundi pꝛincipibꝫ
diuitibꝫ ⁊ gloꝛioſis. Joh. vij
Nunquid aliquis ex pꝛinci
pibus credit in eum aut ex
phariſeis. Sed turba hec
que non nouit legem. male/
dicti ſunt. Propter qd̄ dn̄s
cōquerit᷑ Michee. vij. Heu
mihi q̄ꝛ factus ſuʒ ſicut qui
colligit in autūno racemos
vindemie ⁊c̄. Item que/
rit dominꝰ fideles operari/
os non fraudulētos qui ad
oculū ſeruiūt ſicut hypocri/
te. Ephe᷑. vj. Non ad oculū
ſeruientes et quaſi homini/
bus placentes. Item nō
tempus inutiliter expendē/
tes. Ephe᷑. v. Redimentes
tempus q. d. m. ſunt. Iteʒ
non cum altero domino cō/
uentionē fedus ſiue pactuʒ

facientes. Iſaie. xxviij. Per cuſſim⁹ fedus cum morte. ꝛ cū inferno fecimus pactum Et illud Matth. vj. Nemo poteſt duobꝫ dominis ſerui re. Item nō opus imper/ fectum relinquētes. ſed fru/ ctum temporibꝫ ſuis repor/ tantes Matth. xxi. Malos male per. ꝛ vi. ſ. lo. a. a. ꝛc. Et hoc ē quod hic tacite innui/ tur cū dicit. Uolo huic no/ uiſſimo. i. pſeuerāti dare ſi/ cut ꝛ tibi. quia merces diui/ ne remuneratiōis cauſatur a pſeuerantia boni operis ꝛ laboris. Sapiē. iij. Bonoꝝ enim laborū glorioſus ē fru ctus. Denarius eſt regnum celorū qui rotundus eſt per eternitatem. figurat⁹ eſt per ſanctā ꝛ ineffabilem trinita/ tem. vſitatus per continuaꝫ ſanctorū charitatem. Unus per corpis chriſti claritateꝫ. quia omnes in eandem ima ginem claritatis eius tranſ/ formabimur. Et dicitur. ex denario conueniſti mecum. amico murmuranti. tale eſt quaſi dicat. Mercedeꝫ pro/ miſſaꝫ recepiſti. hoc eſt. ima/ ginem ꝛ ſimilitudinem me/ am. nec alterius cōſortio mi nuitur tibi meriti premium Glo. Antiqui ſancti q̄ poſt longa inferni tempora ad ce lum peruenerunt quaſi per murmurationem denariuꝫ accipiunt. nos aūt ſine mur/ muratione. quia mox vt de corpore eximus premiū ac/ cipimus. Quod nobis pre/ ſtare dignetur ꝛc. Amen.

## Dominica ſexage/ ſime de epiſtola.

I gloriari oportet. non ex pedit quidem ꝛc. ij. Corinth. xij. Hic quattu/ or notant. ſcꝫ. Uane glīe de teſtatio. Trium celorum di ſtinctio. Uiſionis dei ꝯtem/ platio. Paradyſi reſeratio ſi ue reuelatio. Unde verſus. Gloria quid vana. quid celi tercia ſpera. Uiſio quid do/ mini. dic quid loca ſint para dyſi. Primum igit̄ eſt va/ ne glorie deteſtatio. et h̄ no/ tatur cū dicitur. Non expe/ dit quidem. Et hoc propter quattuor cauſas. videlicet ꝓ pter euentum dubiuꝫ. Pro/ uerb. xxvij. Ne glorieris ī cra/ ſtinum. ignorans quid ſup/ uentura pariat dies. Nam

res talium ſepe in contrari um venit. ⁊ gloria eorum in confuſionem cedit. iij. Reg. xx. de benadab qui habuit xxxij. reges in exercitu ſuo. Cui reſpõdit achab. Ne glorietur eque accinctus vt diſcinctus ⁊c. Item ꝓpt ſcandalum aliorũ. Ex hoc enim eueniunt inuidie iurgia ⁊ cõtentiones. ad Gal. vj. Non efficiamur inanis glorie cupidi. inuicem ꝓuocantes. inuicem inuidentes. Et Prouerb. xxviij. Qui ſe iactat et dilatat iurgia concitat. Poeta. Et tacite veſci ſi poſſ; coruus. haberet. Plus dapis. ⁊ rixe multominus inuidieqꝫ

Item quia expoliat theſauruꝫ omniũ virtutũ. Iſa. xxxix. Ecce dies veniẽt ⁊ auferentur omĩa que in domo tua ſunt. ⁊ que theſaurizauerunt patres tui vſqꝫ in diem hanc in babylonẽ. non relinquetur quicqꝫ. dicit dominꝰ

Item propter abuſionẽ ⁊ inconuenientiaꝫ. Iſaie. x. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eũ qui ſecat in ea. aut exaltabitur ſerra contra eũ a quo trahitur. Quomodo ſi eleuetur virga cõtra leuantem ſe. ⁊ baculus q̃ vti/ qꝫ lignum eſt. Per hec tria accipitur triplex vana glĩa. ſcꝫ diuitum. ſapientũ. ⁊ pauperum. que plus aliijs eſt ineptea ⁊ importuna. Secũdum eſt diſtinctio celorum. quod notatur ibi. raptũ vſqꝫ ad tertium celũ. Primuꝫ eſt aereum. Unde dictũ eſt. Uolucres celi comed. illud Secundũ eſt firmamentũ. Geneſ. j. Uocauit deus firmamentũ celũ. Terciuꝫ eſt ſpirituale. vbi ſancti angeli ⁊ ſancte anime fruũtur dei cõtemplatione. quod etiaꝫ empyreum dicitur. id eſt. igneum. non propter ardorẽ ſed propter ſui lucidiſſimam et puriſſimam claritatem. ad quam apoſtolus ſe dicit raptum. ſignificans ꝙ deꝰ oſtẽdit ei vitam illam in qua videndus eſt in eternum.

Uel myſtice per tres celos intelliguntur tria genera viſionum. Primum eſt viſio corporalis. cum quedaꝫ videntur dei munere corporaliter. que aliꝫ videre nequeunt. ſicut Helyſeus currus igneos ⁊ exercitus magnos circa ſe. que tamen puer eiꝰ non vidit. ⁊ Balthaſar articulos manus ſcribẽtis ĩ pa

riete. Secundum celum eſt imaginaria ꝛ corporalis viſio. quam aliquis in extaſi vel in ſomno videt. nō corpora ſed imagines rerū dei reuelatione. vt Petrus vidit lintheum vel diſcum in quo erant omnia reptilia et quadrupedia terre ꝛ cetera.

Tercium celum eſt intellectualis viſio. quando nec corpora nec imagines eorū videntur. ſed in incorporeis ſubſtantijs intuitus mētis mira dei potētia figitur. Ad hanc raptus eſt apoſtolꝰ vt ipſum deum in ſe. non in aliqua figura videret. Et hec viſio alijs duabus multo excellentior eſt ꝛ dulcior et iocundior. propter quod etiaꝫ paradyſus ab apoſtolo nominatur. Poſſumus etiā per tres celos accipere tres ordines angelorū ſm Dyoniſium. qui tres ordines angelorum conſtituit. ternos in ſingulis ordinibꝫ ponēs. In pmo ponit āgelos. archangelos. ṽtutes In ſcdo pncipatꝰ. ptātes. dn̄atiões. In tercio thronos. cherubin et ſeraphin quorum tercíꝰ ordo deum vicinius contemplatur. Ad quoruꝫ ſimilitudinē deū vidiſſe dr apl's. vt ſicut illi deū viderit. Terciū ē viſio dei. Cuiꝰ tria ſunt genera. Primū appellat corporale. qꝛ corpꝰ ſenſibꝫ exhibet. Scdm ſpūale. qꝛ qcqd corpꝰ n̄ ē. ꝛ tn̄ ſuba ē. iā recte ſpūs dr. Terciū ṽo itellectuale ab itellectu dictū. q̄ viſio melior ē alijs ꝛ purior. vt dic glo. Hac ei mēs ſubuecta rapit in illā qi regionē intelligibiliuꝫ. vbi ſine oī imagine corpis videt pſpicuā veritatē nullis opinionū falſaruꝫ nebulis fuſcatā. Ibi ṽtutes aīe nō ſūt operoſe ac laborioſe. non em̄ ope tpantie libido refrenat. nec ope fortitudinis aduerſa tolerant. nec ope iuſticie iniq puniūt. nec opere prudentie mala vitantur. Una ibi ꝛ tota virtus eſt amare quod videas. ꝛ ſumma felicitas habere quod amas. Ibi vita beata in ſuo fonte bibitur. inde aliquid aſpergitur huic humane vite vt in tempeſtatibus huiꝰ ſeculi. temperanter. fortiter. iuſte. prudenterq viuatur. propter illam veritatis viſionem. vbi eſt ſecura quies. vbi deus videtur non per corporalem viſionem. vt in

monte ſyna. vel ſpiritualem
vt vidit Iſa. ⁊ Ioh. in apoc̄.
ſed per ſpeciē pꝛopꝛiā. ⁊ non
in enigmate. vbi omnis la-
boꝛ ſuſcipit. Hoc modo vi-
ſionis petiuit Moyſes vide
re deum. id eſt. in ſubſtantia
que deus eſt quam multꝫ fi-
guris viderat. ⁊ facie ad faci
em ei locutus fuerat. qꝛ i illa
ſpecie q̄ deꝰ ē. longe ineffabi
lius ⁊ pꝛeſentius ⁊ ſecurius
videtur et archana reuelat.
In qua claritate ſpeciei ne-
mo vigens in iſtis ſenſibus
deum videt. Hec eſt viſio q̄
videtur facie ad faciē deus.
Et iſte eſt paradyſus ſi dici
poteſt paradiſoꝛū. vbi raptꝰ
eſt paulus. non ꝙ bis ſit ra-
ptus. ſed quia vnum pꝛo al-
tero ponitur. Raptū in para
dyſum. i. in eam tranquillita
tem qua fruunt illi qui ſunt
in celeſti hieruſalē. hoc eſt in
celo empyreo. ſicut ſupꝛa di-
ctum eſt. Quartū eſt para
dyſi reuelatio. Qd̄ ſi ad litte
ram exponimꝰ. multas au-
ctoꝛitates habemꝰ q̄ deſcri-
bunt paradyſum terreſtreꝫ.
qui tamen nō eſt locus pure
ſpirituū. ſed ſpirituū ſimul ⁊
coꝛpoꝛum. puta hominum
auium ⁊ beſtiarum. ſm Ala
nū in anticlaudiano dicētē.
Syrenes nemoꝛū cithari-
ſte veris in illū. Conuenere
locū ⁊c̄. Notanduꝫ igit ꝙ
locꝰ iſte oīa alia loca t̄reſtria
ſuperat. Eſt em̄ roſariū ver-
nalis pulchꝛitudinis. ſic di-
cit Damaſcenꝰ. qd̄ atteſtat
tā floꝝ q̄ꝫ arboꝝ imarceſcibi
lis pulchꝛitudo. Alanꝰ. Nō
ibi naſcentis expirat gratia
floꝛis ⁊c̄. Item pꝛomptu-
ariuꝫ totiꝰ plenitudinis qd̄
atteſtat affluentia oīum bo
noꝛū. Augꝰ. de ciuit. dei. xxi.
Quid timere aut dolere po
terat adā in tantoꝝ tanta af
fluentia bonoꝝ. vbi nec abe-
rat q̄cq̄ꝫ qd̄ bona voluntas
poſſet ꝯcupiſcere. nec inerat
qd̄ carnē ⁊ aīam felicit viuē-
tis poſſet offendere aut i ali-
quo moleſtare. Itē pome
riū omniū fructuū ſuauiuꝫ
⁊ deſiderabiliū. qd̄ atteſtat
lignū vite poſitum et alia li-
gna voluptatis. Itē tēpe-
ramētū ventoꝝ ⁊ auraꝝ ſalu
bꝛiuꝫ. qd̄ atteſtat ꝑpetua ſe-
renitas ⁊ puri aeris ſalubꝛi-
tas. quia nulle ibi pꝛocelle.
nulle exalationes coꝛrupte.
vt dicunt Beda et Bernar-
dus Item omniū aquaꝝ
dulciū ⁊ potabilium. fons ⁊

ſrriguū.qꝺ atteſtaꝛ fons aq̄rū in medio inundantium.

Item oim̄ locoꝝ eminentiū.ſpecula ꝛ ꝓmunctorium. qꝺ atteſtaꝛ ſituatiōis ei⁹ altitudo.q̄ vt dicit Beda lunarē circulū tangit.ꝛ alia multa dicūt ſancti de h̄ loco.A.

De euangelio.

# Semen eſt

verbū dei ꝛc̄. Luce.viij. Nota q̄ttuor ꝓprietates ſeminis ꝓpt̄ q̄s verbo dei cōparaꝛ. Eſt ei viuificū.ſapidum.durabile.et mūdū. Vn̄ ꝟ. Scito dei verbū ꝑ ſemen ſignificatū. Eſt qꝛ viuificū.ſapidū.durabile mundū. Igiꝛ prima ꝓprietas ſeminis eſt ipm̄ eſſe viuidū. Viuit em̄ vita vegetabili.ꝑ quā virtutē ꝛ vigoroſitatem ſue ſpeciei ꝯſeruat Sic ꝛ verbū dei vitā quā in ſe habet credentibꝰ āminiſtrat.et ſpm̄ ipoꝝ vegetat ꝛ aīam viuificat. Joh̄.vj. Verba q̄ locut⁹ ſum vobis ſpūs et vita ſunt.i. ſpiritales et viuidos nos reddūt vita gr̄e. De viuacitate hui⁹ verbi dicitur Heb.iiij. Viu⁹ eſt em̄ ſermo dei ꝛ efficax ꝛ penetrabilior om̄i gladio ancipiti ꝛc̄. Q ꝟbūm dei ſit vita aīe.ex multis auctoritatibꝰ ptz Jo.vj. Dixit petr⁹ ad ih̄m. Dn̄e ad quē ibimus extra te.ꝟba em̄ vite habes Beati q̄ ſemināt verba vite.pacis ꝛ cōcordie quia multi ſeminant verba diſcordie.rixe ꝛ ire. Prouer.vj. Sex ſunt q̄ odit dn̄s ꝛ ſeptimū deteſtaꝛ aīa ei⁹.h̄ eſt illū qui ſemiat inter frēs diſcordiam. hic eſt inimic⁹ homo q̄ ſeminat zizania in medio tritici De talibꝰ dr̄ Oſee viij. In araneaꝝ telas erit vitulus ſamarie.qꝛ ventuz ſemināt.et turbinem metent. Turbatores em̄ pacis. plerumqꝫ turbinē metūt ꝯfuſionis. Joſue.vij. Diſturbꝫ te de⁹ hodie qꝛ turbaſti nos.h̄ diciꝛ de nachor.q̄ ſemē anathematis ꝛ inobediētie ꝛ furti ſeminauit in exercitu filiorū iſrael.ꝛ lapidauit eū omnis ꝓpl'us. Quo ꝯtra Eccl'i.viij. Fili ne ſemines mala in ſulcis iniuſticie.et nō meteſ ea in ſeptuplum ꝛc̄. Gal.vj. Que ei ſeminauerit hō hec ꝛ metet. Scꝺa ꝓprietas ē ſapidū eſſe.qꝛ qꝺ bene ſapit bene ꝛ nutrit. Diffiniꝛ autez ſapor ſic a phiſicis. Sapor eſt ꝓpriū obiectū guſt⁹.ꝺ cui⁹

p̄ſentia ſenſus in organo gu
ſtabili delectat᷑ vel triſtatur.
Nō bene verbo dei ↄuenit.
Quidā em̄ in h̄ delectant᷑. q̄/
dam cōtriſtant᷑. Delectabat᷑
ille q̄ dixit. Q̄ȝ dulcia fau. m.
clo. t. ſup m. o. m. Triſtabat᷑
ille q̄ erat diues ꝛ mł᷑tas poſ
ſeſſiones hn̄s. audiēs ex ore
dn̄i ꝙ eas deberet vendere
ꝛ paupibꝫ dare Quattuor
ſaporibꝫ cōditū eſt ꝟbū dei.
ſcȝ hyſtorico. allegorico. tro/
pologico. anagogico. Vn̄d
Greg. In ꝟbis ſacri eloquiꝭ
ſeruāda eſt ꝟitas hyſtorie. ꝛ
poſtmodū reqrenda eſt ſpi/
ritual᷑ intelligētia allegorie.
Tūc nanqȝ allegorie fruct⁹
ſuauit᷑ carpit᷑. cū p hyſtoriaȝ
in radice veritatꝭ ſolidatur.
Sunt tn̄ octo genera ſapo/
rū. qđ breuitatꝭ cauſa obmit
to. Sed h̄ ſciendū eſt ꝙ ꝟbū
dei varios ꝛ diuerſos ſapo/
res habet. qđ ſignatū habe/
mus Sap. xvj. vbi dr̄. ꝙ mā
na deſcēdebat ſup caſtra fili
orū iſrael ſicut ros. ꝛ deſerui
ebat vniuſcuiuſqȝ volūtati.
licet ꝓpriū ꝛ determīatū ſapo
rē haberet. Exodi. xvj. Erat
aūt man q̄ſi ſemen coriādri
album. guſtuſqȝ eius q̄ſi ſimi
le cum melle. Simila cum
melle eſt p̄dicatio de huma/
nitate chriſti ꝛ eius deitate.
cuius guſt⁹ vtriuſqȝ homis
anie. ſ. ꝛ corporis delectatio
nibꝫ deſeruit. Tercia pro
prietas eſt durabile ꝛ conſer
uatiuū eſſe. ſic ꝛ verbum dei
Luce. xxj. Celū ꝛ terra tran
ſibunt. verba autē mea non
tranſibūt. Ps̄. In eternum
dn̄e verbū tuū p̄manet in ce
lo. Permanet inquā ad tri/
plicem vtilitatē faciendā. ſcȝ
Ad dei mirabilia intuen/
dū. Ps̄. Narrabim⁹ mirabi
lia tua ꝛc̄. Ad ipi⁹ gloriā pre
dicandā. iuxta illud. Predi/
cabūt ꝓl'is for. tu. ꝛ an. gen.
glo. tu. Ad ꝓl'm dei erudiē/
dum. Iſa. xxviij. Ponet triti
cū p ordinē. ꝛ ordeum. ꝛ mili
um ꝛ viciā in finibꝫ ſuis. ꝛ e/
rudiet illum in iudicio. de⁹
ſuus docebit illū. In q̄ oſtē
ditur diuerſitas erudiendi.
qꝛ ali⁹ ſic et ali⁹ aliter debet
erudiri. ſicut docet Greg. in
cura paſto. Ad populum
dei ↄfortandū ꝛ cōſolandū.
Prouerb. xxix. Cuȝ ꝓphetia
defecerit diſſipabit᷑ popul⁹.
Et Zach. j. Et reſpōdit dn̄s
angelo qui loquebat᷑ in me.
verba bona. verba cōſolato
ria ꝛc̄. Sunt quidā q̄ vellēt

malo ſuo q̄ ꝓphetie.i.p̄dica-
tiones ceſſarēt. ⁊ q̄ ordines
religioſoꝝ viroꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ
nō eſſent. detrahētes ⁊ inui-
dētes eis. ⁊ diſcordias ⁊ ſcā-
dala ſeminātes inter eos. q̄
tamē in fine ↄfundenť. ⁊ in-
nocentes viri ⁊ ſimplices a
deo liberanť. Job.iiij. Obſe
cro te quis vnq̄ȝ innocēs pe
rijt. aut qn̄ recti deleti ſunt.
q̄n poti⁹ vidi eos q̄ opantur
iniquitatē ⁊ ſemināt doloreſ
⁊ metūt eos. flante deo periſ
ſe. ⁊ ſpiritu ire ſue eſſe ↄſum
ptos. Iſti ſunt ſatellites pa
ſchaſij qui dixit ad beatā lu
ciam. Ceſſabunt verba cum
ꝑuētum fuerit ad v̄bera. Et
reſpondit lucia. Verba dei
ceſſare nō poſſunt. Iſa.xxiij
Semen nili meſſis flumis
fruges eius ⁊c. Quarta ꝓ
prietas eſt eſſe mundū ſiue
purum. nihil cōtrarij habēs
admixtū. Joh.xv. Jam vos
mundi eſtis ꝓpter ſermonē
quē locut⁹ ſum vobis. Ps.
Eloquia dn̄i elo.c.⁊c. Gloſa.
Predicatio xp̄i ſūt eloquia
caſta.i.ſine corruptiōe ſimu-
lationis. Multi em̄ p̄dicāt
veritatem ſed nō caſte. quia
vendunt illā precio cupidi-
tatū hui⁹ ſeculi. Argēto aūt
cōparať diuinū eloquiū. qr
ſicut inť oīa metalla nō ē qd
dulci⁹ tinniat. ita inť oīa elo
quia ſmo diuin⁹ dulci⁹ īſo-
nat mēti. Probatū terre.i.a
ťra. nihil ťrenitatꝫ hn̄s. q̄ em̄
de ťra ē de ťra loquiť. Pur-
gatū.i.p ſeptiformē ſpm̄ ruti
lans. ſcie.ſ.timorꝫ ⁊ pietatꝫ et
ceteroꝝ cariſmatū ⁊ donoꝝ.
Hic eſt calcul⁹ de altari ſa-
cre ſcripture aſſūpt⁹ q̄ mun
dāť labia Iſaie ꝓphe.i.p̄dica
toris. q̄ dꝫ hr̄e mūda labia ⁊
eloquia pulchra. Gene.xlix.
Neptalim ceru⁹ emiſſari⁹ et
dās eloq̄a pulchritudiſ. Tūc
eloq̄a nr̄a ſunt pulchra ſi fu-
rint bonis opib⁹ redimita.
Sed dn̄s ↄq̄riť de his qui
tm̄ hn̄t labia groſſa ⁊ pīguia
Sed opa macilēta ⁊ inedia
cōſūpta. Job.xix. Pelli mee
cō.car.adh.os m.et de.ſūt t.
la.cir.den.m. Quia mlťi tm̄-
mō labia et dentes hn̄t pul-
chros ⁊ nō aliud. qd fruſtra
⁊ p nihilo ē. puer.xxvi. Quō
fruſtra pulchras claud⁹ hꝫ ti
bias. ſic indecēs ē in ore fa-
tuoꝝ parabola. De mūdicia
h⁹ ſemis dr̄ Iſa.i. Niſi dn̄s
exercituum reliquiſſet nob
ſemen.⁊c.

Dn̄ica quinquageſime.

Hunc au
n tem manēt fides.
ſpes. caritas tria
hec. maior aūt his eſt chari/
tas. j. Corinth. xiij. Notan/
dū ꝙ ceterꝭ virtutibꝫ maior
eſt charitas in q̃ttuor. vide/
licet ingenij ſagacitate. for/
me pulchritudine. iperij do
minatione. generꝭ nobilita/
te. Tropice loquēdo. Vñ ꝟ.
Donis virtutū dilectio ma/
ior habet. Ingenio. forma.
dñatu. nobilitate. Prima
igit maioritas eſt ingenij ſa/
gacitas. Amor em̄ ingenio/
ſus eſt ad ſuum ꝓpoſitū cōſe
quendū. Vnd iſte mulieres
zolotipe multa ingenia ha/
bent ad ꝓuocanduꝫ amato/
res ſuoſ. mittūt nuncios. ſic
ꝛ aīa fidelis deo ꝑ charita/
tem deſponſata. mittit nun/
cios diuerſaꝝ affectionū in
deum. Cant. v. Nūciate di/
lecto qꝛ amore langueo. Diſ
currunt noctibꝫ. iuxta illud
in eodē Per noctē q̃ſ. q̄m di.
a. m. Suſtinēt ſpoliari ꝛ ma
le tractari. Ibidē. Percuſſe/
rūt meꝛ vulnerauē. me. tule/
runt pal. meūꝛc̄. Cōponunt
carmina Job. xxxv. Vbi eſt
deꝰ qui dedit mihi carmīa in
nocte ꝛc̄. Latitant in ortis.
dantes ſigna amoris vocibꝫ
incognitis. Cant. vlti. Que
habitas in ortis. amici au/
ſcultant. fac me audire vocē
tuā. lauant ſe. veſtiunt ſe. or/
nant ſe. miri ingenij appara/
tu. Qd totuꝫ myſtice intelli/
gendū eſt de aīa amoroſa.
Judith. x. Lauit corpꝰ ſuūꝛ
vnxit ſe myrrho optimo. et
diſcriminauit crinem capitꝭ
ſui ꝛ impoſuit mitrā ſuꝑ ca/
put ſuū. ꝛ induit ſe veſtimen
tis iocūditatis ſue. induitqꝫ
ſandalia pedibꝫ ſuis. ꝛaſſum
pſit dextrariola ſua. ꝛ lilia. et
inaures ꝛ annulos. ꝛ oībꝫ or
namētꝭ ſuis ornauit ſe. Cui
etiā dñs ꝯtulit ſplendorem.
q̄m oīs iſta cōpoſitio nō ex
ibidine. ſed ex ꝟtute pende/
bat. ſ. ex ꝟtute ingenioſe cari
tatis. Scđa maioritas ē
forme pulchritudo. qꝛ chari
tas oīm vitutū pulcherrima
eſt. Hec eſt em̄ mulier ami/
cta ſole. Apoc. xij. Cui luna
ſub pedibꝫ. ꝛ corona. xij. ſtel/
larū in capite eiꝰ. Per ſolem
pōt intelligi claritas iā bea/
tificatoꝝ in patria. ꝑ lunam
claritas ſanctoꝝ. qui adhuc
ſunt in via. Corona. xij. ſtel/
larū eſt plenitudo donoruꝫ

⁊ gratiarū de q̃bꝫ hic dicit̄.
Prima ſtella patiētia eſt. ecce cuſtos oīm virtutum et poſſeſſio aīaꝝ. Scđa eſt benignitas. q̃ maluꝫ ꝓ malo non reddit. Tercia eſt. nō emulat̄. ecce pietas q̄ ad omnia valet et nulli inuidet.
Quarta nō agit ꝑperā. nihil em̄ ꝑuerſe agit. ſed oīa ad bonū finē ordiat. Quinta non inflat̄. qꝛ oīa in humilitate ꝑficit. ⁊ ꝑ ſcientiā nō inflat̄. Sexta nō eſt ambitioſa. qꝛ nō querit terenas dignitates quas multi ambiunt. Septima nō querit q̄ ſua ſunt. ecce excluſio ꝓprietatū. Octaua nō irritatur. ecce manſuetudo que de lapidibꝫ panes facit. ⁊ fulgura in pluuiā vertit. Nona nō cogitat malū. ſupple in corde. nec ꝑficit in opere.
Decima nō gaudet ſuper iniq̃tate. ecce dolor de ruina ꝓximi. Undecima cōgaudet aūt veritati. ecce ꝓfectus bonoꝝ. Duodecima. omnia ſuffert. ecce ſtella ꝯtra tenebras oīm aduerſitatum. Que virtutū pulchritudini charitatis cōparari poterat cui dicit̄ Iſa. lxij. Eris corona glīe in manu dn̄i ⁊ diadema regni in manu dei tui.
Tercia maioritas ē q̄ ipſa obtinet dn̄atū ⁊ principatū regni celoꝝ. Un̄ qui eiꝰ caracterē nō habet nō recipit̄ in illa celeſti curia. ſed turpiter eijcit̄. Matth. xxij. Quō huc intraſti nō hn̄s veſtē nuptialē. i. caritatē. Cetere virtutes veniūt ad cubiculū regis aſueri. vocate et ꝑ alios adducte. iſta potent̄ ingreditur ꝑ ſeipam nō vocata. Pſ. Adducent̄ regi ꝟgines poſt eā. ꝓxime eiꝰ. i. fides ſpes adducent̄ in leticia ⁊ exultatōe omniū ꝟtutū. Hic regē aſuerū ad cōuiuiū ſuum vocat. ⁊ huic dicit̄. Que ē petitio tua heſter. Pete qđ vis. etiā ſi dimidiā partē regni mei petieris dabo tibi. Sed nō petit dimidiū. qꝛ totū ſuū eſt. deꝰ em̄ charitas eſt. Petit tm̄ ſalutē ꝑp̄li ſui ⁊ maliciā aman ⁊ filiorū eiꝰ. diaboli. ſ. ⁊ mēbrorū eius extermīari. Non em̄ eſt illi queſtio ſuꝑ auro ⁊ argento ⁊ regno terreno. qꝛ incōparabilis precij ē caritas. Canti. vij. Si dederit homo oēm ſubam domꝰ ſue ꝓ dilectione. q̄ſi nihil deſpiciet eam ⁊c̄. Hec eſt mulier fortis. ⁊ viroꝝ fortiſſimoꝝ dn̄atrix.

cuiꝰ fortitudo p̄ferꝫ fortitu/
dini regis ⁊ vini. ꝑut diciꝫ. iij
Eſdre. iiij. Scire nos opoꝛ/
tet q̄m mulieres dn̄anꝫ nr̄i.
⁊ ponens exēplū. Uidi inq̄t
ephemen filiā bezacis mirifi
ci ſedentē in latere regꝫ ⁊ au/
ferentē ſibi diadema ⁊ impo
nentē capiti ſuo. ⁊ cedentem
eū palmis de ſiniſtra manu.
⁊ rex ſuſtinebat ⁊ apto oꝛe in
hiabat in eā q̄ſi ſtultus ⁊ de
mentatꝰ. Qđ factū totū con
uenit xp̄o. q̄ ꝓpter nimiā cari
tatem ſuā factꝰ obediēs vſq̄
ad moꝛtē. et ſuſtinuit ſe illu/
di cōſpui et colaphis cedi. et
q̄ſi ſtultū ⁊ nouiſſimū viroꝝ
reputari. Quarta maioꝛi
tas eſt nobilitas ipiꝰ. Nobi
lioꝛ em̄ eſt caritas ceterꝫ vir/
tutibꝫ. qđ parꝫ ex hūilitate ⁊
ſimplicitate ipiꝰ. Hec enim
duo p̄cipue hn̄t viri nobileſ
⁊ ingenui. De nobilitate ipo
rū in q̄ maxime appareat dī
Ecci. iij. Quanto maioꝛ es.
hūilia te in om̄ibꝫ ⁊c̄. De ſim
plicitate ipoꝛuꝫ Heſter. xvj.
Dū aures p̄ncipū ſimpliceſ
et ſui natura alios eſtiman/
tes. aliq̄n callida fraude de/
cipiūt ⁊c̄. Principes ei ⁊ no/
biles cū magna diſciplina ⁊
reuerentia intra aulicos pa
rietes a puericia nutriūtur.
et ſunt ſimplices neſcientes
hoīm ꝯſucias ⁊ fraudes. iux
ta illud. Innocēs credit oī
verbo. Quo ꝯ ruſtici ⁊ igno
biles multa ꝯſucia ſunt im/
plantati. ſic̄ in foꝛo mūdi hꝰ
educati. ſciētes fraudare et
mētiri. Propter qđ nobiliſſi
ma puella iſta domina cari/
tas periclitaꝫ cum in matri/
moniū eoꝛum aſſumiꝫ. ſicut
filia regis cū viro ruſtico et
ignobili traditur. Quod be
ne ſignatū habemꝰ. j. Ma/
chabe. x. de cleopatra. quam
pater eiꝰ accepit a demetrio
⁊ tradidit eam Alexandro.
Cleopatra interpꝛetaꝫ ꝯgre
gans agnitos. ⁊ ſignificat e/
lectos qui tandē ꝯgregabū/
tur a quattuoꝛ ventis terre
per vinculū charitatis. quo
nunc liganꝫ ſocialiter ⁊ ami/
cabiliter viuendo. Demetri
us interpꝛetaꝫ nimis perſe/
quens. ⁊ ſignificat diabolū
⁊ membꝛa eius. q̇ impugnāt
amiciciam et dilectionem. a
quo demetrio deꝰ pater tol
lit filiam iſtam tanq̄ a ruſti/
co ⁊ ignobili viro ⁊ dat eam
alexandro q̇ interp̄taꝫ aufe
rens anguſtiaſ. i. chꝛiſto. De
quo in Pſal. Libera nos ꝺe

us iſrael ex omnibus angu/ſtijs noſtris. Iſa.liij. De an/guſtia liberat⁹ eſt ꝛc. Amē.

De euangelio.

Stans autem ieſus iuſſit il/lū adduci ad ſe ꝛc. Luce.xviij. Notandū q̄ ſūt q̄ttuoꝛ principalia pctā que excecāt animā. videlicz Superbia. Auaricia. Luxuria. blaſphemia. hereſis ſiue pfidia. Unde ꝟſus. Faſt⁹. auaricia. luxus. blaſphemia cecant. Sputū ſiue lutum. fel tactus iuſſio ſanant. Igitur pma cecitas prouenit ex peccato ſupbie que radix eſt ꝛ initiū omniū vicioꝛū. Eccī x. Initiū ſuperbie hominis apoſtatare a deo ꝛc. quoniā ab eo qui fecit illum recedit coꝛ eius. qm̄ initiū pcti omnis eſt ſupbia. Hec ē cecitas magnatoꝝ ꝛ nobilium terre Matth.xv. Sinite illos. ceci ſunt ꝛ duces cecoꝛū. Hec cecitas ſignata eſt Iohis.ix in illo qui cecus erat a natiuitate. Gloriant enim tales de generis nobilitate in immenſuz. cū tamen alias ſint monſtrum nulla virtute redimiti. Oſee.ix. Gloria coꝛū a partu et ab vtero ꝛ a cōceptione. quod tamē nō opoꝛteret. ſi oꝛiginem infirmitatis et miſerie ſue conſiderarent. Ezech.xvj. Radix tua ꝛ generatio tua de terra chanaan. pater tuus amoꝛreus et mater tua cethea ꝛc. Tales deridet Poeta dicens. Quis fructus generꝫ tabula iactare tenaci. Famoſos equitum cum dictatoꝛe magiſtros. Si coꝛam lepidis male viuitur. ꝛc. Et poſt. Attamen vt longe repetas. longeq̃ꝫ reuoluas. Nomē ab infami. gentem producis aſilo. Maioꝛum primus quiſquis fuit ille tuoꝛū. Aut paſtoꝛ fuit. aut id quod dicere nolo. Tales ſanantur ꝑ ſputum luto cōmixtum. id eſt. ꝑ verbum carnem factum. ſcꝫ ꝑ conſiderationem obedientie ꝛ humilitatis chriſti. qui cum in foꝛma dei eſſet ꝛc. Et quandoq̃ꝫ per recoꝛdationem pꝛopꝛie conditionis et infirmitatis. Genes.iij. Puluis es. ꝛ cetera. Secūda cecitas pꝛouenit ex peccato auaricie. quod ſemper pꝛopinquū eſt peccato ſupbie. Eccli.x. Auaro nihil ē ſcele/

ſtiꝰ. Quid ſuꝑbis terra ⁊ cinis Hec eſt cecitas diuitū̄ q̄ ex nimia pinguedine tꝑaliū̄ excecanꝭ. Job. xv. Operuit faciē̄ eius craſſitudo. ⁊ de lateribꝫ eiꝰ aruina dependet. non recedet de tenebꝛis ⁊c̄. Talem cecitatē incurrerat diues ille qui induebaꝭ purpura ⁊ byſſo ⁊ epulabaꝭ q̄tidie ſplendide. ſed lazarū̄ nō̄ vidit. qꝛ cecus erat. O q̄nta cecitas oculos illiꝰ innoluerat q̄ ad ianuā̄ iacentē̄ videre nō̄ poterat. Veruntā̄ poſt ꝙ̄ penis infernalibꝫ macerari cepit oculos aperuit ⁊ alō̄ge videre cepit. ſed fruſtra. Job. xx. Nō̄ remanſit de cibis eiꝰ. ꝓpterea nihil remanebit de bonis eiꝰ. Qd̄ diuitibus frequē̄ter cō̄tingit. Ita eñ̄ ſtudioſe ⁊ diligenꝭ oīa ad vſum ſuū̄ ꝯuertū̄t. ꝙ nec paruulas reliquias aut minimas offellas in diſco relinquū̄t. ⁊ ita calices exiccant ꝙ nihil ꝓ pauperibꝫ remaneat. qd̄ magna ruſticitas eſt Iſti peioꝛes ſunt iudeis. qui de areis ⁊ vineis ſuis. aduenis ⁊ ꝑegrinis aliq̄d p̄cepto dñ̄i relinq̄bant. Leuiꝭ. xix. Non tondebis vſq; ad ſolū̄ ſuꝑficiem terre tue. nec remanentes ſpicas colliges. neq; in vinea tua racemos aut grana decidē̄tia ꝯgregabis. ſ; pauperibꝫ ⁊ ꝑegrinis carpenda relinq̄s ⁊c̄. Tales ſanat dominꝰ ꝑtactū̄. ſ. alicuiꝰ aduerſitatis vel infirmitatꝭ. ꝑ quā̄ coꝛrepti liberales fiunt Qd̄ bene oñ̄ſum eſt in illo ceco q̄ ꝓmo vidit hoīes vt arboꝛes ambulā̄tes. ſed ad ſcd̄ā; manuū̄ impoſitionē̄ clare vidit oīa. Videre hoīes ambulare vt arboꝛes. eſt circa homines nō̄ aliā̄ cō̄paſſionē̄ habere ꝙ̄ circa truncos inutiles ⁊ arboꝛes infructuoſas.

Tercia cecitas ꝓuenit ex luxuria ⁊ incō̄tinē̄tia carnis ꝑ quā̄ multi etiā̄ ad lr̄am excecanꝭ. exē̄plo illiꝰ qui ꝑ incō̄tinentiā̄ ſuā̄ cecus factus oculis ſuis valefaciē̄s dixit. Vale dulce lumē̄ oculoꝛu;. Hec eſt excecatio foꝛtiſſimi ſamſonis. ⁊ ſapiē̄tiſſimi ſalomonis. quoꝝ vnꝰ ꝓpter luxurie ſue incontinentiā̄ amiſit lumē̄ coꝛpiſ. alter coꝛdis. Amoꝛ eñ̄ pingiꝭ cecus. et hoc optima ꝯſideratiōe pictoꝛū̄. qꝛ claudit oculos luxuriantiū̄ ne valeant diſcernere inter pulchꝛā̄ ⁊ defoꝛmē̄. Poeta. Nanum cuiuſdā̄ athlan/

ta vocamꝰ. Ethiopez cignū paruāqꝫ extortāqꝫ puellam. Europaz. ⁊c̄. Fornicatores oīa ꝓ indifferēti hñt. dūmodo luxui ſatiſfaciant. nec leges nature curāt. Gene. xix. Educ viros ⁊c̄. Johelis. iij. Poſuerūt puerū in ꝓſtibulo ⁊ puellā vendiderūt ꝓ vino. Ecce q̄nta cecitas. Nam ecōtrario facere debuerant. Poeta. Quid em̄ venꝰ ebria curat. Inguinis ⁊ capitis q̄ ſint diſcrimina neſcit. Taleſ curant̄ ꝑ linitionez fellis ſuper oculos eoꝝ ad conſiliuz angeli. Thob. x. Per fel debemꝰ intelligere amaritudinē paſſionis ieſu xp̄i. q̄ ſi nobis ad memoriā crebro venerit. carnis illecebras diſſoluit. Eccl. xj. Malicia vnius hore obliuionē fac̄ luxurie maxime. Treñ. iij. Recordare paupꝑtatis ⁊ trāſgreſſionis mee abſinthij ⁊ fell'. Job xx. Panis eiꝰ in vtero illius. intrinſecꝰ vertet̄ in fel aſpidū. Per panē hic accipit̄ delectatio carnalis. Prouerb. vj. Preciū ſcorti vix vniꝰ panis eſt. mulier vero ꝓcioſam aīam viri rapit. Quarta cecitas ꝓueīt ex blaſphemia ſiue ꝑfidia. qd̄ eſt ꝯtra deuz ſe erigere ⁊ maieſtatem eius blaſphemare ⁊ ſanctis eius maledicere Apoca. xiij. Aperuit os ſuū ī blaſphemia ad deum. blaſphemare nomen eiꝰ ⁊ tabernaculū eiꝰ ⁊ eos q̄ in celo habitāt. Hi ſignificati ſunt ꝑ helymā magū qui ⁊ barieu dictꝰ eſt q̄ reſtitit paulo ⁊ ꝑcuſſus eſt cecitate. Actuū. xiij. Barieu interꝑtat̄ filius in malo. qꝛ mali filij ſūt qui deū patrē inhonorant ⁊ ſanctā eccl'iam dehoneſtant Prouerb. xxx. Oculū q̄ ſubſannat patrē ⁊ deſpicit matris ſue partū. i. ſctōs. effodient euz corui de torrentibꝰ. ⁊ comedent eum filij aquile id eſt. demones. Elymas interꝑtat̄ trāſgredi faciēs. Et iſti temerarij tranſgreſſores multos trāſgredi faciunt legem dei ⁊ timorez altiſſimi. dū impune deierant ⁊ blaſphemant. Eccl. xxvij. Loq̄la multū iurans horripilationē ſtatuet capit̄. Tales ſanant̄ ſed cuz difficultate. ſ. ꝑ iuſſionē ⁊ diuīe vocis imperiū. qd̄ notat̄ cū dicit̄. Stās aūt ieſus iuſſit illum adduci tanq̄ a remotis. qꝛ longe a peccatoribꝰ ſalus. qꝛ tales ſalutē impugnāt. Adducūtur

aũt ꝑ alios non ꝑ ſe. quia ta
les nõ habent grãm orandi
ꝑ ſe.qꝛ blaſphemia eſt pecca
tũ in ſpm̃ſanctũ. qđ non re/
mittit neqꝫ in h̄ ſeculo neqꝫ
in futuro.i.difficulter.ꝓpter
ſubtractionẽ grẽ q̃ꝫ ſpũſſan/
cti benignitas ꝛ clemẽtia ha
bet infundere. cui ↄtumeliã
faciunt ꝛ maledictis laceſſũt
Sap̄.Benignus eſt em̃ ſpi
ritꝰ ſapiẽ ꝛ nõ lib.maledictũ
a labĳs ſ.ꝛc̃.

Dominica prima in
quadrageſima.

# Ecce nunc

tempꝰ acceptabile
ꝛc̃.ĳ. Corinth.vj.
Notandũ ꝙ ſunt q̃ttuor ge/
nera hoĩm q̃ tp̃a ſolerter ob
ſeruare ↄſueuerũt.ſ.agrico/
le ad arandũ.Naute ad na/
uigandũ.Medici ad ſanan
dũ.Peregrini ad ambulan/
dũ ꝛ loca ſancta viſitanduꝫ.
Vñ ꝟſus.Agricole.medici.
naute marſ ꝛ ꝑegrini. Con/
grua ſolliciti expectãt tp̃a vo
tis. Primo igit̃ h̄ tp̃s qua
drageſimale nob̄ ↄſideran/
dũ ẽ q̃ſi agricol' ꝛ t̃re cultori/
bus ad arandũ ꝛ fodiẽdum
glebã cordis nr̃i. vomere cõ
tritiõis.ꝛ ad ſeminandũ ger
mina ꝟtutis.ꝛ h̄ ꝓpter ſterili
tatẽ alteriꝰ ſecl'i.ſ.t̃re egypti
ꝛ tenebraꝝ.vbi nullꝰ ordo ſꝫ
ſem.hor.inha. Vbi nec ara/
ri nec ſemiari poterit.Gene.
xlj. Veniẽt.vĳ.anni ſterilita
tis magne q̃ ↄſũptura ẽ om/
nẽ vbertatẽ ꝛc̃. Sꝫ ne aliq̃s
ſe poſſet excuſare ꝙ neſciat
q̇d debeat ſemiare.vl' nõ ha
beat ſemen ad ſemiandum.
oñdit apl's q̇d ſit ſemiandũ.
ꝛ q̃ ſint ſemia.in epl'a hodier
na.Ait em̃. In vigilĳs.in ie/
iunĳs.in caſtitate. in ſciẽtia.
in lõganimitate.in ſuauita/
te.in ſpũſ.in caritate nõ ficta
Hoc em̃ ẽ granũ puꝝ excuſ
ſa palea ꝛ dignũ reponi i ſũ/
mi pharaonis horrea ↄ̃uen
turã famẽ ſterilitatſ.vĳ.ãno
ruꝫ.ꝑ q̃s accipit̃ defectꝰ oĩm
bonoꝝ q̃ icipiẽt i reſurrecti/
one maloꝝ ꝛ pꝰmodũ finẽ ñ
hẽbũt.qꝛ nec opꝰ nec ſcĩa nꝯ
rõ nec ſapĩa ẽ apud ĩferos q̃
tu ꝓperas.Eccs.ix.ꝓt qđ ſe/
miandũ ẽ oĩ tp̃e bonuꝫ opꝰ.
Eccs.xj.Mane ſemia ſemẽ
tuũ ꝛ veſpe ne ceſſẽt manꝰ t.
ꝛ Mar.iiĳ.Sic ẽ regnũ dei
q̃madmođ ſi hõ iaciat ſemẽ
in t̃raꝫ ꝛ dormiat ꝛ exurgat
nocte ac die.ꝛ ſemẽ germinꝫ
ꝛ increſcat.dũ neſcit ille ꝛc̃.

Scđo ꝯſiderandū nob̄ ē
ħ tp̄s acceptabile tāq̄ȝ medi
cis.ad colligēdas herbas ꝓ
diuerſis medicamibꝫ exercē
dis. Sȝ mag̃ diſcretio ⁊ ar/
tis ꝑitia hn̄da ē in hm̄oi co/
gnoſcendis.q2 dic̄ Gre. Q̄ð
ſanat oculū n̄ ſanat calcane/
um.⁊ v̄t⁹ q̄ ſanat auaꝝ.nō ſa
nat luxurioſū.Cauēdū ē etiā
ne hbe mortifere ꝓ ſalubribꝫ
colligāt̄.ſic̄ legit̄.iiij. Reg.iiij
ꝙ filij ꝓphaꝝ collegerūt col/
loq̄ntidas ⁊ c̄ guſtaſſēt ð pul
mēto clamabāt ad helyſeū.
Mors in olla vir dei. q2 vi/
cia ſub ſpecie v̄tutū ſepi⁹ pal
liant̄.⁊ m̄lti oñdūt vultū bo/
nū ⁊ hn̄t cor amaꝝ. Heb.xij.
Cōtēplātes ne q̇s deſit gr̄e
dei.ne q̄ radix amaritudiniſ
ſurſum germinās impediat
vos. Quales aūt herbas et
radices colligere debeam⁹.
ð2 Gen̄.xxx. Q tp̄e verno ex
iuit ruben in agrū.⁊ collegit
mādragoras q̄s detulit m̄ri
ſue lye. Et can̄.iiij. vbi ð2 de
cypro ⁊ nardo croco ⁊ cyna/
momo fiſtula ⁊ diuerſis aro
matibꝫ pigmētoꝝ. Mādra
gore valēt m̄lieribꝫ in partu
laborātibꝫ et ī cāis cyrurgie
vt leui⁹ ferāt incidendi ⁊ fer
ro cremādi. ꝑ qð caritas ꝑt
ītelligi.q̄ ſcḋm apl̄ȝ.j.Cor.xiij.
oīa ſuffert.oīa credit.oīa ſpe
rat.oīa ſuſtinet. Hec ē gene/
ral̄ herba ad oīa valēs medi
camēta.vn̄ Proſp. Caritas
ē ſine q̄ null⁹ deo cōplacuit.
cū q̄ n̄ potuit vnq̄ȝ aliq̇s pec
care nec potit.fructuoſa ī pe
nitētibꝫ.leta ī ꝓficiētibꝫ.glo/
ſa ī ꝑſeuerātibꝫ. oꝑoſa ī oībꝫ
oīno credētibꝫ.ex q̄ q̇cq̇d eſt
boni oꝑis viuit. Aug. Radi
cata ē caritaſ.ſecur⁹ eſto. O/
ptima radix ⁊ herba ſalubꝛiſ
q̄ hoīeȝ ſecuꝝ ī oī ꝑiculo red
dit.cui⁹ v̄tutes paul⁹ enume
rat.j.Coꝝ.xiij. Tercio ꝯſi
derāda ē nob̄ h⁹ tp̄is acce/
ptabilitas tāq̄ȝ nautiſ ⁊ hoībꝫ
q̇ ſunt gnari mariſ.q̇ ad tras
remotas vadunt ꝓ mercibꝫ
cōꝑandis ⁊ lucriſ ſectandis.
Tales diu an̄ nauē ſuā p̄pa
rāt.⁊ ventos lenes ⁊ pſperoſ
expectāt.⁊ tandem vela eri/
gūt.⁊ dubijſ fluctibꝫ ſe ꝯmit
tunt. Per nauē poſſum⁹ in/
telligere bonū ꝓpoſituȝ ſiue
bonā voluntatē.q̄ ſꝑ in nob̄
dȝ eſſe parata. Pſ̄. Paratuȝ
cor meū de⁹.p.c. Bis dic̄ pa
ratū.q̇ ad pſpera ⁊ aduerſa
ad bona ⁊ ad mala ſuſtinen/
da. Job.ij. Si bona ſuſce.ð
manu domi.ma.a.q.⁊c̄. Per

lenes zephiros et placidos
ventos. ſpū ſſcti cõſolatiões
ꝛ grãrū infuſiões. ſine quibꝫ
nauis nr̄a nõ mouet̃ intelli/
gimus. Spes aūt ꝛ fiducia
erigūt velū ne feramur ĩ in/
certū Jaco. j. Qui aūt heſita
uerit in fide. ħ eſt. in fiducia
ſiue in ꝯfidētia bona. ſilis eſt
fluctui maris q̇ a vento mo
uetur. Quo aūt tēdere aut ꝑ
quibꝫ mercibꝫ laborare de/
beamꝰ dicit̃. iij. Reg x. ꝙ ſalo
mon fecit claſſeꝫ que ibat in
ophyr. ꝛ afferebat ei argētuꝫ
ꝛ aurū ꝛ ſymias ꝛ pauos. et
dentes elephantoꝝ. Per au
rū accipit̃ ſapia. q̄ cõfert no/
bis dei amorē. ꝑ argētū mū/
dicia ꝛ puritas ꝯſciētie q̄ poꝛ
tat nobis dei timorē. Time
re em̄ debemꝰ ne dānemur
cū impijs beſtijs q̄ſi cum ſy/
meis ĩfernalibꝫ. Ps̄. Ne tra/
das beſtijs aīas cõfitentes
tibi. ꝛc̄. Per pauos ſiue pa/
uones cõſiderare debemus
pulchritudinē gl'ie ſctõꝝ an
geloꝝ quibꝫ ſil'es erimꝰ ĩ pa
tria. Per dentes elephanto/
rū de quibꝫ rara ꝛ ꝑcioſa fi/
unt vaſcula manubria ꝛ xe
nia. grãꝝ ꝛ cariſmatum do/
na. Ja. j. Om̄e datū optimū
ꝛ om̄e donū ꝑfectū de ſurſū
eſt ꝛc̄. Quarto cõſiderare
debemus hoc tp̄s tanq̄ʒ ho
ſpites ꝛ ꝑegrini. faciē euntiū
in hierl'm ſupnā hn̄tes. exē/
plo dn̄i. Luce. ix. Factuꝫ eſt
aūt cū cõplerent̃ dies aſſum
ptionis eiꝰ. ꝛ ip̄e faciē ſuā fir
mauit ꝛc̄. Ad l'ram veruꝫ eſt
ꝙ in hoc tp̄e plures ꝑegrina
tiones fiunt q̄ʒ ꝑ totū annū.
Tempꝰ em̄ q̇drageſimale tē
pus eſt vernale. ꝛ tp̄e verna/
li om̄ia vident̃ moueri ꝛ re/
nouari. naꝫ terra viret. ſilue
florent ꝛ frondent. prata flo/
rent. celū ſplendet. mare q̇e/
ſcit. ꝛ om̄ia q̄ videbant̃ ĩ hye
me mortua ꝛ extincta tempe
vernali reuiuiſcūt. Sic in ħ
acceptabili tp̄e boni ꝛ deuo
ti hoīes multū poſſunt ĩ gra
tia ꝑficere. ꝛ q̇ in peccatꝭ ſunt
miſcđiaꝫ inuenire. Ps̄. Mi
ſerendi eius qꝛ venit tem.
Quinq̄ʒ aūt neceſſaria ſunt
ꝑegrinis. ad iter ſuū finalit̃
expediendū. Signorū con/
gruitas. ſ. baculꝰ ꝛ pera. Ve
ſtium leuitas. palliuꝫ ꝛ tuni
ca ꝛ fortia calciamēta. expen
ſarū ſtricta neceſſitas. ſocio
ruꝫ fidelitas. ſacre veronice
gloria ꝛ maieſtas. Ad ħ em̄
vadunt ꝑegrini romā vt vi/
deant veronicā. i. faciem dn̄i

ſudario impſſam. quã tñ ve/
ri pegrini a ſeculo elõgati ſp
vident oculo ſpũali. pš. Pre
occupem⁹ fa. ei⁹ in ꝯ. Cõfeſ/
ſio em̃ purgat ⁊ clarificat o/
culũ q̃ videt̃. i. coğſcit̃ ds. vi
dere em̃ idẽ eſt qð cognoſce
re. Iſido. Facies dñi in ſcri
pturis ſacris. nõ caro ſed di
uina cognitio itelligit̃. ea rõ
ne qua p faciẽ ꝯſpectã quiſ/
ꝗ cognoſcit̃. Vñ illud. Oſtẽ
de nobis dñe fa. tu. ⁊ ſal. eri.
ac ſi dicat̃. Da nobis cogniti
onẽ tuã. quia p hãc ſalui eri/
mus. Amen.

De euangelio.

Ductus eſt iesus in deſertũ a ſpũ ⁊c. Matth. iiij

Ad profectũ clauſtralium ⁊
deo ſeruire volentiũ in reli
gione q̃ttuor hic notari poſ/
ſunt. ſ. Spũs libertas. loci
oportunitas. tentationũ va
rietas ſacre ſcripture aucto
ritas. Vnð ꝟ. Libertas ani
mi q̃s ducit ad aſpera clau/
ſtri. Hos ſathanas tentat ſ3
eũ ſcriptura refutat. Igit̃
pmus pfect⁹ eſt animi liber/
tas. qð notat̃ ibi cũ dicit̃ Du
ctus eſt ie. in deſ. a ſ. ſ. ſcð. ſic
exponit Grego. Qui em̃ ad
apicẽ pfectõis anhelat. opoꝛ
tet vt ſpm̃ ſ. ducẽ hẽat. Na3
ipe eſt ſpũs toti⁹ libertatis a
quo ſpũs nr̃ libertatem tra
hit. ij. Coꝛ. iij. Vbi ſpũs do
mini ibi libertas. Liberꝝ em̃
coꝛ hr̃e debent. q̃ adoptionẽ
filioꝝ dei recipiũt. ⁊ q̃ ſpũ li/
bertatis agunt̃. Neceſſe eſt
vt a ſpũ ſeruitutis exuantur
Vnde Roma. viij. Quicũꝗ
ſpũ dei agunt̃ hi filij dei ſũt.
Nõ em̃ acce. ſpm̃ ſer. iterũ in
timoꝛe. ſup. ſuili. ſed accepi/
ſtis ſpm̃ filioꝝ dei. Ite3 q̃
altioꝛa ⁊ foꝛtioꝛa attentat q̃
alij. opoꝛtet ꝙ aliu3 ſpm̃ ha
beat q̃ illi qui ſunt puſillani
mes ⁊ infirmi. Numeri. xiiij.
Nullus eoꝝ qui detraxerũt
mihi videbit terrã pꝛeter ca
leph ſeruũ meu3 q̃ alio ſpiri
tu plen⁹ ſecut⁹ eſt me. Et q̃d
foꝛti⁹ aut magis arduu3 q̃s
aggredi poterit. q̃ ſe ⁊ ſua re
linquere. ⁊ crucẽ ſuã poſt do
minũ in religiõe ſctẽ obedi/
entie poꝛtare. Hec ẽ res ma
gna ⁊ magnã remuneratõe3
habet Gen. xxij. Per memet
ipm iuraui. quia feciſti rem
hanc magnam. nec peperci/
ſti vnigenito tuo ꝓpter me ⁊c
De foꝛtitudine huius ſpiri
tus qui talium coꝛda impel

lit dr Iſa.xxv. Spūs robu/ſtorū q̄i turbo impellēs pari etem.ſ.cordis ꝛ corpis nr̄i.qꝛ guſtato ſpū deſipit oīs caro. q̄ eſt q̄i quidā paries ꝛ ante murale. Cant.ij. En ipe ſtat poſt parietē nr̄m aſ.p fe.ꝛc.

Scd̄s pfect⁹ ē loci opor/tunitas.qd̄ notat̄ ibi cū dr. In deſertū. Loca em̄ ſolita ria ꝛ deſerta multū valēt ad ſeruiendū deo ꝛ vacandum ſpūiſctō. Oſee.ij. Ducā eā in ſolitudinē ꝛ lo.ibi ad c.eius. Et Hiere.ij. Recordat⁹ ſuʒ tui miſerās adoleſcētiā tuā qn̄ ſecuta es me in deſerto. Ad lr̄am verū eſt ꝙ ſcti pr̄es olim elegerūt ſibi loca deſer ta ꝛ ſolitaria ad vacandū ſpi ritui.ſicut pʒ in ſctō benedi cto.anthonio. hylarione.et paulo. ꝛ in mult̄ aliis here/mitis.q̄ alio noīe anachori/te dicti ſunt.q̄i ſurſuʒ hn̄tes cor. De q̄rū habitacul' loqui tur apl's ad Heb.xi. In ſoli tudinibꝫ ꝛ in cauernis te.ꝛc. Job.xxxix. Quis dimiſit o/nagrū liberuʒ.ecce libertas ſpūs.ꝛ vincula ei⁹ q̄s ſoluit. ecce libertas corpis. cui de/dit in ſolitudine domū ꝛ ha bitaculū in t̄ra ſalſuginis.cō temnit multitudinē ciuitat̄ ꝛc. Multa enūerat ibi que p locis clauſtralibꝫ ꝛ religio ſis faciūt. Notat̄ dū ergo ꝙ religio ꝛ clauſtralis cōuer ſatio cōparat̄ deſerto tribuſ de cauſiſ. Primo pter habi tatorū paucitatē. Pauci em̄ ſunt religioſi cōparatione ꝛ reſpectu ſecularīū. Sūt em̄ quaſi villani ꝛ ruſtici reſpe/ctu burgenſiū illi⁹ magne ci uitatis q̄ ſpūaliter ſodoma dicit̄. Scd̄o pter victus aſperitatē ꝛ potus defectibi litatem. Job.xxx. Qui rode bant in ſolitudine herbas ꝛ arborū cortices ꝛ radix iuni peri cibus eorū ꝛc. Et Job vi. Que pus nolebat tange/re aīa mea ꝛc. De ariditate ſitis.iiij. Reg.iij. Per quam viam aſcendem⁹ p deſertuʒ ydumee.ꝛc. Req̄re hyſtoriā.

Tertio pter laborū ꝛ ſtu diorū diuerſitatem. In hoc enim deſerto Moyſes.i.p/latus gregeʒ paſcit ꝛ minat. dauid fugit ꝛ latitat. helyas fame ꝛ ſiti laborat. Johānes baptiſta p̄dicat. Jeſus chri/ſtus ieiunat ꝛ orat. Sponſa igne charitatis reſoluta mir rham ꝛ thus aromatyʒat.

Tercius profectus ē tem ptationum varietas et gra/

uitas. qđ notaṫ ibi. Tunc ac
cedens temptatoꝛ. Notā/
dum ergo ꝙ temptatio acci/
pitur in bono ꝛ in malo. tem
ptat em̄ deus. ꝛ temptat dia
bolus. ſed deꝰ temptat ami
cabiliter. diabolus vero ho
ſtiliter. Deus ſoluꝫ temptat
amicos ad vtilitatē ꝛ profe/
ctum ſuum. qꝛ ipe intempta
toꝛ eſt maloꝛū. ſicut dicitꝰ Ja
co. j. Diabolꝰ ecōtrario nun
q̄ꝫ temptat amicos. ſed ſem/
per inimicos. Grego. Hoſtꝭ
antiquus illos temptare ne
gligit. q̄s quieto iure ſe poſ/
ſidere cognoſcit. Tēptat
igiṫ deus amicos ſuos pro/
pter tres cauſas. ſ. vt a pec/
catis eos reuocet. Exod. xx.
Nolite timere. vt em̄ proba
ret vos venit deus. ꝛ vt ter/
roꝛ illius eſſet in vobis ꝛ nō
peccaretis ꝛc. Itē vt nos
caros ꝛ dilectos ꝛ acceptos
ſibi oſtendat. Thob. xij. Et
qꝛ acceptꝰ eras do. neceſſe fu
it vt temptatio ꝓbaret te.

Item vt occaſionem re/
munerandi nos habeat. Ja
co. j. Beatꝰ vir q̄ ſuffert tem
ptationē. qm̄ cū ꝓba. fu. acci
piet co. vi. ꝛc. Apl'us. Nemo
coronabiṫ niſi q̄ legitīe cert.

Quo ꝯtra tēptat nos dia
bolus ad ꝑcipitandū de cul
mine virtutū in baratrū vi/
cioꝛū dicens. Mitte te deoꝛ
ſum. Ad crapulandū ꝛ vitio
guloſitatis indulgenduꝫ di
cens. Dic vt lapides iſti pa/
nes fiant. Ad vane gl'ie ꝛ di/
gnitates ſecl'i ambiendū. di
cens. Hec om̄ia tibi dabo ſi
ca. ad. me. Tēptat etiaꝫ mltꝭ
alijs modis ſm̄ ꝙ vnūq̄mqꝫ
viderit diſpoſitū ad h vel ad
illud viciū magꝭ ꝓnū ꝛ ꝑ cō/
ſuetudīe inclinatū. Vn̄ Iſi.
de ſum. bo. Diabolꝰ qn̄ deci
pere quēpiaꝫ q̄rit. priꝰ natu
rā vniꝰcuiꝰqꝫ attēdit. ꝛ ind ſe
applicat vnd aptū hoīem ad
peccanduꝫ aſpexerit. ꝛ ex ea
pte hoīeꝫ tētat q̄ eū ꝑ excre/
ſcētē hūoꝛē facile incl'iari ad
vicia ꝯſpicit. vt ſm̄ hūoꝛꝭ cō
ſperſionē adhibeat ꝛ tētati/
onē ꝛc. Quartꝰ ꝑfectꝰ ē ſa
cre ſcripture auctas. qđ no/
taṫ ibi. Vade ſa. ſcptū ē ei ꝛc.
Trib9 ei tētatōib9 diabl'i. t'b9
auctib9 ſacre ſcpture dn̄s rn̄
dit. oſtēdēs ꝙ viri religioſi
debēt eſſe exercitati in diui/
nis ſcripturꝭ ꝛ lectiōib9 quo
tidianis. Iſido. Nemo pōt
ſenſū ſacre ſcpture cogſcere
niſi legēdi familiaritate. q̄n/
to em̄ q̄ſqꝫ i ſacrꝭ ſcripturꝭ aſ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſidu⁹ fuerit.tanto ex eis vbe
riorē intelligentiā capit. Si
cut terra q̄ q̄nto ampli⁹ exco
lit.tanto vberi⁹ fructificat.
Orōnib⁹ mūdamur.lectiōi/
bus inſtruimur. vtrūq; bo/
nū ſi liceat.ſi nō liceat. meli⁹
eſt orare q̄ꝫ legere. Qui vult
cū deo ſemꝑ eſſe. freq̄nt de/
bet orare.freq̄nter et legere.
Nā cū oram⁹ ipi cū deo loq̄
mur.cū vero legim⁹ de⁹ no/
biſcū loquit.Om̄is ꝑfectus
ex meditatōe ⁊ ex lectiōe ꝓce
dit. Scientiaꝝ deus oīm ⁊
dn̄s noluit ꝑ verba alic⁹ al/
terius artis aut ſcīe q̄ꝫ ꝑ v̄ba
ſacre ſcripture diabolū cōfu
tare.oñdens virtutē ei⁹ et di
gnitatē. Eſt em̄ ſacra ſcp̄tu/
ra latibulū xp̄i.Ps. Poſuit
tenebras latibulū ſ.⁊c̄. Act.
viij. Locus autē ſcripture h
erat quaꝫ legebat. Quaſi o/
uis ducet ad vic.⁊c̄. Eſt etiā
xp̄i penu ⁊ promptuarium.
Ps.Promptuaria eoꝝ ple.
ſcꝫ p̄dicatoꝝ xp̄i. Hoc ſigna
tū habem⁹ Gen̄.xlj.vbi dici
tur.ꝙ ioſeph repleuit om̄ia
horrea et ꝓmptuaria egypti
ꝯtra venturā famē.vij.āno/
rū. Eſt etiā xp̄i ſcola ⁊ ſtudi/
um Ps.Annūciate int gen.
ſtu.ei⁹.Et.j.Thimo.iij.Om
nis ſcp̄tura diuinit⁹ inſpira
ta vtilis eſt ad docēdū.ad ar
guendū.ad corripiendū.ad
erudiendū i iuſticia. Amen.

Dn̄ica ſcd̄a in.xl.de ep̄la.

Hec eſt uo
luntas dei ſanctifi/
catio vr̄a ⁊c̄. Theſſ.
iiij. Multiplex ē ſc̄tificatio.
Sanctificamur em̄ per cor
dis ꝯtritionē.ꝑ modeſtā cō/
uerſationē.ꝑ bonaꝫ opatio/
nē.ꝑ vtriuſq; bois mūdiciā
⁊ purificationē. Vn̄ v̄. Nos
ſcelerū luct⁹. vite mod⁹. act⁹
opimus. Mundicie virtus
ſanctificare ſolēt. Igit p̄/
ma ſanctificatio eſt luct⁹ pe/
nitētie ꝑ pctīs q̄ tante v̄tutꝫ
eſt ꝙ ſc̄m dei voluntatē ⁊ bn̄/
placitū altiſſimi de pctōrib⁹
ſctōs ⁊ iuſtos facit.ſic ptꝫ in
magdalena ⁊ in dauid.et in
alijs pctōrib⁹ multiſ ſuꝑ q̄s
ſanctificatio venit. Ps. Su
per ipm aūt ef.ſa.m. ⁊ Ap̄ls
j.Cor.vj. Et hec aliq̄n fuiſtꝫ
nunc aūt abluti.nūc ſc̄tifica
ti ⁊c̄. De hac ſanctificatione
dr̄ Exo.xiij. Sanctifica mi/
hi om̄e p̄mogenitūꝫ qd̄ apit
vuluā in filijs iſrl̄ tam in ho
minib⁹ q̄ꝫ in iumētis. Prio/
genitū āt aſini oue redimes

hoc eſt. immūdiciá vite prio
ris mutabis innocentia bo
ni finis. qȯ fit ꝑ ſanctificati/
onē pnīe. Exemplū in latro
ne ſero penitente. Multi ei
vt dicit Iſido. ſuperna gr̄a
reſpecti. in extremis ſuis ad
deū conuertunt̄ ꝑ penitētiá.
⁊ quecūq mala geſſerūt. q̄ti/
dianis fletibus purgāt. atq
in bonis factꝭ male geſta cō/
mutāt. In vita hominis fi/
nis q̄rendus eſt. quoniá deꝰ
non reſpicit quales ante fue
rimus ⁊ q̄les antea vixerimꝰ
ſed quales circa finē vite eri
mus. Eccl̄es. xj. Si cecide/
rit lignum ad auſtrū ſiue ad
aquilonē. ibi erit ⁊c. Se/
cūda ſanctificatio eſt modꝰ
vite. vt ſciat homo cōuerſari
honeſte. j. Pe. j. Non ꝯfigu/
rati prioribꝫ ignorātie veſtre
deſiderijs. ſed ſꝫm eum q̄ vo
cauit vos ſanctū. vt ⁊ ipi ſan
cti in om̄i cōuerſatōne ſitis.
quoniá ſcriptuꝫ eſt. Sancti
eſtote quoniá ego ſctūs ſum
Qui vocauit vos ſctm̄. Glo.
id eſt. exemplo xp̄i q̄ eſt ſan/
ctificatꝰ a deo. ⁊ q̄ ſanctifica/
uit vos. vt in om̄i cōuerſati/
one ſitis ſancti ⁊ ꝑfecti ſicut ⁊
pater vr̄ celeſtis ꝑfectus eſt.
Hic eſt ſanctꝰ ille de cuiꝰ má
ſueta ⁊ modeſta cōuerſatiōe
dicit̄ in Ps̄. Cū ſancto ſan/
ctus eris. ⁊ cū viro inno. in/
no. eris. ⁊ cum elec. elec. eris.
Sanctꝰ fuit chriſtꝰ in conce
ptione. q⁊ de ſpūſctō cōceptꝰ
eſt. Innocens in vite cōuer/
ſatione. q⁊ peccatuꝫ nō fecit.
nec inuentꝰ eſt dolus in ore
eius. Electꝰ in ꝑ̄deſtinatiōe.
q⁊ iuxta apl̄m Roma. j. pre/
deſtinatꝰ eſt filiꝰ dei in virtu
te ſꝫm ſpm̄ ſanctificatiōis ex
reſurrectiōe mortuorum.
Huiꝰ exemplo ſctōs nos
eſſe oꝫ ſcōꝝ ꝯgregatiōe. Ps̄.
Congregate il. ſ. eiꝰ ⁊c. In/
nocentes modeſta ꝯuerſati
one. Phil. iiij. Modeſtia ve
ſtra nota ſit oībꝫ hoībꝫ. Ele/
ctos teſtimonij approbatōe.
Actu. vj. Conſiderate ex vo
bis vi. b. te. ⁊c. Multi hodie
errant in electiōe. ⁊ eligūt nō
modeſtos. ſed moleſtos. nō
innocētes. ſed nocētes. non
viros ſanctitatꝭ. ſed crudeli/
tatis Exēplo abimelech qui
interfecit. lxx. viros frēs ſu/
os ſup lapidē vnū. i. duriciá
⁊ ꝑtinaciá ſuam. Judicū. ix.
Tercia ſanctificatio ē ſtu
diū bonorū opeꝝ. ex bonis
em̄ opibꝫ ſanctificatur hō. ſi
cut beatꝰ Nicolaus ⁊ ſanctꝰ

Martinuſ. ex opibꝫ miſcðie
gloꝛificati ſunt. et multi alij
ſancti ſcḋm volũtatẽ dei. Bo/
noꝝ eñi laboꝝ glˀioſus ẽ fru
ctus. ſicut dꝛ Sap. iij. Sic
eñi dei voluñtas eſt vt bñ ope
rantibꝫ merces reddaṫ Sa
pi. x. Reddet deꝰ mer. la. ſan.
ſu. vel hic vl' in futuro. l' vtro
biqꝫ. qꝛ ipe nullũ bonuꝫ opꝰ
relinq̇t irremuneratũ. ⁊ nul
lũ malũ impunituꝫ. j. Pe. ij.
Sic eſt volũtas dei vt bñfa
ciẽtes obmu. fa. impꝛu. h. ig/
noꝛantiaꝫ. Jmpꝛudẽtes ſũt
q̇ detrahũt opibꝫ bonis ⁊ re
ſiſtũt ſctis. iij. Jo. j. Si vene
ro cõmoneaꝫ eiꝰ opa q̄ facit.
vbꝫ malignis garriẽs in nos
loquiṫ de q̇dã detractoꝛe et
bucco garrulo dyotrepe. qꝺ
interp̄taṫ ſpecioſus iſulſus.
vel doctoꝛ inſaniens. Tales
eñi qñqꝫ ſpecioſi ⁊ decoꝛi in
aliq̇bꝫ graꝝ donis ⁊ vtutibꝫ
inueniunṫ. ſꝫ vboſitas ⁊ gar
rulitas ipoꝝ reddit eos in/
ſulſos ⁊ inſanos. Pꝛouerb.
xxv. Sicut vꝛbs patens et
abſqꝫ muroꝝ ambitu. ſic qui
nõ põt in loquẽdo cohibere
ſpm̃ ſuũ. Et tales nõ ſint au
diendi nec imitãdi oñdit be
atꝰ euãge. cũ ſubdit. Cariſſi
me noli imitari qꝺ malũ eſt
ſed qꝺ bonũ. Qui bñ facit ex
deo eſt. q̇ male nõ videt euꝫ.
Uita ſctõꝝ in medio poſita
eſt. ſicut dicit Aug. Qui nos
amant q̄runt qꝺ laudent in
nobis. q̇ aũt oderunt detra/
hũt nob. Nos aũt in vtroqꝫ
medio ꝯſtituti. vitã nr̃am et
famaꝫ ſic cuſtodire debemꝰ
vt nõ erubeſcãt de detracto/
ribꝫ laudatoꝛes. Nota verſi
culos q̇s btũs Augꝰ. ſcripſe
rat i mẽſa ſua ꝯtra detracto/
res. Si q̇s amat pñs abſen
tũ rodere vitã. Hac mẽſa in
dignã nouerit eſſe ſuam.

Quarta ſanctificatio eſt
virtus continẽtie. de qua h̄
expꝛeſſe loquiṫ apl's. oñdẽs
quid appellet ſanctificatõem
vt abſtineatis inquit vos a
foꝛnicatione. vt ſciat vnuſq̇ſ
qꝫ veſtrum ſuuꝫ vas poſſide
re in ſanctificatiõe ⁊ honoꝛe
nõ in paſſiõe deſiderij ſicut ⁊
gentes ⁊c̄. Paſſio deſiderij
luxuria eſt ⁊ oñis delectatio
carnalis. Uñ tales immũdi
⁊ ſoꝛdidi hoĩes patici vocan
tur. Uas ḡ qꝺ ſubiacet luxu
rie inquinamentis. et die ac
nocte ſubſeruit carnis imũ
dicijs. quõ poterit eſſe vas
ſanctificationis. ⁊ ho. Et q̇/
modo deus infunderet ſpi/

ritū ſanctificationis in vaſa
corruptiōis. Pſ. Corrupti
ſunt ⁊ abbomi.fa.ſunt.⁊c.
Nota ꝙ ſm Ber. tria ſunt
q̄ faciūt hoiem ſctm̄. videli-
cet victus ſobriꝰ.actus iuſtꝰ.
ſenſus piꝰ. Victus ſobriꝰ.ſi
ↄtinenter.ſi ſocialit.ſi obedi
ent.i.caſte.caritatiue⁊hūilit
vixerimꝰ.p continentiaz em̄
caſtitas.p ſocialitatez chari-
tas.p obedientiaz hūilitas
acquirit. Actus iuſtꝰ erit.ſi
fuerit rectus.diſcretus.fru-
ctuoſus. Rectꝰ p bonā inten
tionez.diſcretꝰ p menſuram
poſſibilitatis. fructuoſus p
vtilitatē proximorū. Sen-
ſus piꝰ erit ſi fides nr̄a deuz
ſentit.ſūme potentē.ſūme ſa
pientē.ſūme bonuz. ⁊ ſi p eiꝰ
potentiā noſtrā credamꝰ ad
iuuari infirmitatē. p eius ſa
pientiā nr̄am credamꝰ corri
gi ignorantiā.p eius bonita
tem nr̄am credamus ablui
iniquitatē. Studeamꝰ igit
diuine voluntatꝫ bn̄placito
ſic obedire vt mereamur ſan
ctificatiōis eiꝰ plenitudinez
obtinere.A. De euangelio

Aſumpſit
iesus petruz ⁊c. vſqꝫ
ibi,⁊ trāſfiguratꝰ eſt an̄ eos.

Matth.xvij. Quadruplex
eſt tranſfiguratio. videlicet
xp̄i.angeli.demonis.⁊ hoīs
Vnd.v. Quattuor in varijs
ſunt viſi ſepe figurꝫ. Rex nr̄
xp̄s.angelꝰ.hoſtꝫ hō Trāſ
figuratio xp̄i ē gl'ioſa. ſic hic
dr.ꝙ facies eiꝰ reſplēduit ſic
ſol.⁊ veſtimēta eiꝰ candida ſi
cut nix. Fuit aūt h̄ trāſſigu-
ratio dn̄ici corpis q̄dā preli
batio et atteſtatio future re-
ſurrectiōis ⁊ et'ne beatitudi
nis nr̄e. De q̄ Phil.iij. Sal
uatorem ex. ⁊c. vſqꝫ ibi.cōfi-
guratū corpi cla.ſ.⁊.ij. Cor.
iij. Nos vero reuelata facie
gl'iam dn̄i ſpeculātes.in ean
dē imaginē trāſformamur.
a claritate in claritatē ⁊c. At
teſtat aūt iſta nr̄am.a tempe
Glo. Octaua die dn̄s gl'am
future btitudis diſcipul' ma
nifeſtauit.q2 octauo die gau
diū reſur rectōis futurū erit
Nos etiā pꝰ hꝰ ſcl'i etates.et
ſeptiaz q̄etꝫ aiaꝝ pꝰmortē qi
octaua reſurgēꝰ. Mattheꝰ
ponit dies ſex. Marcus.ix.
Luc.viij.hꝰ trāſfiguratōis.
Itē a loco.glo. Mōs i q̄m
dn̄s aſcēdit.ſigt vt mēte i ex
celſis hitēt.q̄ xp̄m in decore
ſuo videre deſiderant. Pſ.
Quis aſcēdet in mō.dn̄i.⁊c.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item a numero pſonaꝝ. Glo. Tres ſecū dn̄s ducit vt trib ydoneis teſtib mun dus credat. ⁊ vt ſignificetur eos illic eťna viſione letari.  hic fide ſcte trinitatꝫ ſunt im/ buti. vł per tres iſtos accipe tres ordines ſaluandoꝝ.

Itē ab actu ꝟturis. qd̄ no tať ibi cū dr̄. Et factū eſt dū oraret reſplēduit facies ei ſi cut ſol. Glo. Trāſfiguratꝰ eē dr̄.  tał apparuit apłis q̄lis futurꝰ eſt in iudicio. vbi ioēs boni ⁊ mali viſuri ſūt ipm̄ iu dicē. vnuſqſq ad ſuam retri butionē. Nemo putet ipſū amiſiſſe corpis veritatē. ⁊ ac cepiſſe corpꝰ ſpūale vł aereū. vbi ei ſplēdor faciei ⁊ cādor veſtiū deſcribiť. nō ſuba tol/ liť. Trāſfiguratio igiť ſplen/ dorē addidit non ſubtraxit.

Trāſfiguratio angeli ē of ficioſa ſiue obſeqoſa. Scd̄ꝫ em̄ officia coꝝ ad q̄ mittunť explēda. ita ē ⁊ ſepe trāſfigu/ ratio coꝝ. Hec plimis exem plis ptꝫ Iſido. Angłi corpa in qb hoib appareāt de ſup no aere aſſumūt. ſolidamq ſpeciē ex celeſti elemēto īdu/ cūt. p quaꝫ hūanis obtutibꝰ manifeſtiꝰ demōſtrenť. An/ geloꝝ nomē officij eſt nō na/ ture. qn̄ em̄ d celis ad annū/ ciāduꝫ hoib mittunť. ex ipſa annūciatiōe angeli noianť. Natura eī ſpūs ſunt. ⁊ facit eos incorruptibiles. nō na/ tura ſed gr̄a ⁊ caritas ſempi terna. Hi de qcunq ordine mittunť. in id ſiłitudis et p/ prietatꝫ officij trāſfigurāt ſe ad qd̄ mittunť. ⁊ ex eiſdē offi cijs noīa ſortiunť qdā ipoꝝ. Luc. i. Miſſus eſt angelus ga. ⁊c. qd̄ iterptať fortitudo dei. vel ɔfortauit me deꝰ. qd̄ vtiq officio ſuo debebať. ſ. vt ɔfortaret ꝟginē ne ad inſi tatos paueret affatꝰ. Augꝰ. i ſmone. Caſtiſſimū marie ꝟ/ ginis vteꝝ ⁊c. Venit ad me qdā magnus xp̄i paranym/ phus gabriel ille archange/ lus facie rutilās. veſte coru/ ſcans ⁊c. Ecce tał trāſfigura tio decuit tale officiū. ſ. deco rem ⁊ pulchritudinē celeſtiū nuptiaꝝ. Siłr de raphaele in Thobia. ⁊ lib. Mach. ⁊ i multis alijs locꝭ. vbi angeli ſm ſua officia ſe trāſfigura/ bant. Tranſfiguratio dia boli eſt iniqua ⁊ doloſa. Ad hoc em̄ in diuerſas ſpecies ſe trāſformat. vt diuerſimo/ de noceat. pter qd̄ diuerſis nominib ſue doloſitati con

gruentibꝫ in ſacra ſcriptura
nomīaṫ. Iſido. Ideo diabo
lus in ſacrꝭ ſcripturis vehe/
moth .i. anial ḋꝛ qꝛ de celꝰ la/
pſus ad terras cecidit. Idō
leuiathan. i. ſerpēs ḋ aquis
qꝛ in maribꝰ ſcl'i. volubili ꝓ/
ſaṫ aſtutia. Auis ꝓpterea no/
minaṫ. qꝛ ꝑ ſupbiam ad alta
ſuſtolliṫ. Et recte his tribus
vocabulis appellaṫ. qꝛ ꝓ ſuo
merito aerē q̄i auis ꝓ carce/
re meruit. terrā vt anial bꝛu
tuꝫ. ſerpens vt in huiꝰ ſeculi
turbulēto mari inſana iacu/
letur fluctuatiōe. Ex eo etiā
ꝙ ꝑ mēbꝛa ſua. diabolꝰ mali
ciā ꝛ dolū operaṫ. ſortiṫ ꝛ vo
cabula. ita vt qḋ ſingl'i agūt
incitante illo. ipē noieṫ ex eo
Quē em̄ nō decipit diabolꝰ
vnde aīal eſt ꝑ carnis luxuri
am tentat vñ ſerpens eſt cu/
piditatis ac nocēdi malicia.
Quē aūt nec ſic decipit. inſi/
diaṫ vnde auis eſt. hec ē ſupꝑ/
bie ruina. Undiqꝫ ei dolos
p̄parat. quſqꝫ inueniat viaꝫ
ꝑ quā incautū ḋcipiat. Sic
etiā ſathanas. i. aduerſarius
ḋꝛ. ij. Coꝛ. xi. Ipē em̄ ſatha/
nas trāſfigurat ſe in angelū
lucis. Non eſt ergo magnuꝫ
ſi miniſtri eius transfigurē/
tur velut miſtri iuſticie. At/
tamen non ſemꝑ ꝑmittitur
tranſfigurare ſe in id qḋ vult
Vellet em̄ ſemper angelicā
pulchritūdinē aſſumere. qa
ſub hac maxime poſſet noce
re. ſicut legiṫ in legenda ſan/
cti Martini. ꝙ tranſfigura/
uit ſe in regem coronatum ꝛ
purpuratū. dicens ſe eſſe do
minū ieſum chꝛiſtū. Trāſ
figuratio hoīs eſt vtilis et
fructuoſa. ꝛ cōuenit pꝛelatꝭ.
vt ſciant tranſfigurare in ſe
defectus ꝛ infirmitates ſub
ditoꝛū. vt faciāt eis ſicut ſibi
fieri vellent. ſicut apl'us cuꝫ
diceret. Quis infirmatur et
ego nō infirmoꝛ ꝛc̄. Et. j. Co
rinth. iiij. Hec auteꝫ fratres
tranſfiguraui in me ꝛ appol/
lo ꝓpter vos. vt in nobis di/
ſcatis ne ſupꝛa id ꝙꝫ ſcriptū
eſt vnus inflet ur pꝛo altero.
Ualde em̄ ad doctrinā pꝛo
ficit confoꝛmatio ſiue confi/
guratio ſtatuū ꝛ conditionū
ſubditoꝛū. Quis em̄ pꝛela/
tus debeat eſſe ſuſpenſus p̄
cunctis in ꝯtemplatiōe. de/
bet tamen ſingulis eſſe con/
foꝛmis ex cōpaſſione. Unḋ
idem apl'us. Omnibꝫ omia
factus ſum. vt omēs lucrifa
cerem. iudeis factꝰ ſuꝫ tanqꝫ
iudeus ꝛc̄. Quod exponens

Grego.in cura paſt.ait. Qđ
videlicet exhibebat apl's.nõ
amittendo fidẽ.ſed extendẽ
do pietatẽ.vt in ſe pſonã in
fideliũ tranſfigurans. ex ſe
metipõ diſceret q̃lit' aliȷ̃s mi
ſereri debuiſſet q̃tin⁹ h illiſ
impenderet.qđ ſibi ipẽ ſi ita
eſſet impendi recte voluiſſet
Scđm q vnuſq̃ſq3 eſt. ſic ſe
trãſfigurat ad alios.Prela/
tus ſi liberal' fuerit.cũ ſubdi
tis liberalit' agit. Econtra ſi
tenax etiã neceſſaria vite ſub
trabit.nec q̃cq̃3 vel gr̃e vl' cõ
ſuetudini vl' honeſtati cõce/
dit.ꝛ talis in locuſtã ꝛ in ton
ſorẽ gregis ſe tranſfigurat.
Amos.vȷ.Et ecce fictor lo/
custe in ꝑncipio germinãtiũ
ſerotini imbris.ꝛ ecce p⁹ ſe/
rotinũ tonſor gregꝫ ꝛc̃.Sed
dñs ſuos nõ derelinq̃t.imo
nutrici gr̃e ſue ꝑ eis mãdat.
Sap.xvȷ.Propterea tunc
oĩa tranſfigurata oĩm nutri
ci gr̃e tue deſeruiebãt.Amẽ.

Dñica tertia in.xl.de epl'a

# Stote imi

e tatores dei ſic̃ filȷ̃ ca
riſſimi ꝛc̃.Ephes.v.
Quattuor ſunt q̃ faciũt nos
imitatores dei.ſ. humilitas
cordis.patiẽtia tribulatõis.
pietas cõpaſſionis. benigni
tas dilectiõis.Vñ ꝟ. Si vi
uas humilis. patiẽs. pi⁹.at/
q3 benignus. Eſſe dei pote/
ris imitator q̃tuor ex his.
Notãdũ g q xp̃s hũil' erat
corde.ope. ꝛ ↄuerſatiõe. De
humilitate cordis ei⁹ dicit'
Matth.xȷ. Diſcite a me.q̃a
mi.ſum ꝛ h.c. De humilitate
opis Joh.xiȷ̃. Si ego dñs
ꝛ magiſter vr̃ la.ve.pe.ꝛ vos
debetis.al.al.la.pe. Hoc ex/
emplũ.ſ.imitatiõis dedi vo/
bis. Pedes qui ſunt vltima
pars corpis ſignt extremu3
gen⁹ alicui⁹ ſubminiſtratio/
nis.qđ vere hũilis frater ab
horrere nõ deb3 ꝑter exem
plũ tanti capitꝫ. De q̃ Jſaie
liȷ̃.Deſiderauim⁹ eu3 de.et
no.vi.ꝛc̃.De hũilitate cõuer
ſatiõis xp̃i dr̃ Luc̃.xxȷ̃.Ego
aũt in medio vr̃m ſum ſic̃ q̃
mini. Redarguit h dñs ↄtẽ
tionẽ maioritatis ꝛ ambiti/
onẽ honorꝫ.q̃ orta fuerat in
ter diſcipl'os ꝑmitiuos.ꝛ ſe/
pe orit' int' ſuos imitatores
modernos.vix eſt eñi aliq̃s
etiã in paruulo ↄuẽtu ꝛ cetu
fratꝝ q̃ nihil eſſe velit ꝛ ꝑ ni/
hilo reputari.ſicut illi q̃ dice
bãt.ego q̃de3 ſum pauli.ego

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aũt apollo. qđ vtiqꝫ ſuadet
tumoꝛ elatõis. q̇ ſp ꝓpriã glo
riã q̄rit. Jſa. xxij. Quis tu. l'
q̄ſi q̇s hic. Cũ eñi vix ſint q̄i
q̇s. reputari volũt plene q̇s.
Cõtra q̇s Gal'. vj. Si quis
exiſtimat ſe aliq̇d eſſe cũ ni/
hil ſit. ipe ſe ſeducit. Propt' h̄
hũilis Franciſc⁹ dicere ſole
bat. Quantũ hõ eſt in oculiſ
dei. tantũ ē ⁊ nõ plus. vñ ⁊ ſi
qñqꝫ a ppl'o magnificaret'. ad
hibuit ſibi frēm q̇ ſibi ꝯuici
aret'. Jtē patiēs fuit in tri
bulatiõe Ps̄. Jn tribulatõe
dilataſti mi. ij. Theſ'. iij. Op
tauit eos apl's imitatores fi
eri patie xp̄i. Dñs inq̇t diri
gat coꝛ. ⁊ coꝛ. v. in. c. dī. ⁊ p. xp̄i
glo. Dirigat coꝛda vr̄a vt de
um diligatiſ ⁊ patiētes ſitiſ ſi/
cut xp̄s fuit. Multa paſſi ſt'
martyres ſc̄ti dic̄ Aug⁹. ſꝫ ni
hil ſic elucet quõ caput nr̄m
Propt' qđ merito ipe ſalua
toꝛ nr̄ dꝛ patiā ſc̄tõꝝ Apoc̄.
xiiij. Hec patiā ſc̄tõꝝ eſt q̇ cu
ſtodiũt mãdata dei ⁊ fidē ie/
ſu. Et bñ dicit fidē ieſu. qꝛ fi
des xp̄iana tribulatõez ſiue
tētationē hꝫ ãnexã. Act'. xiiij
Exhoꝛtãtes vt ꝑmanēt in fi
de. q̄ñ ꝑ mlťas tribulatões
opoꝛtet nos intrare i regnũ
dei. ⁊ Jaco. j. Oĩe gaudiũ
exiſtimate frēs cũ in tētatio
nes varias incideritiſ ſciētes
q̄ ꝓbatio fidei vr̄e patiētiã
opaṫ. patiā aũt op⁹ ꝑfectum
hꝫ. q̄i dicat. patiā finē impo/
nit tpali et coꝛpali moleſtie.
qꝛ ipa eſt poſſeſſio aĩaꝝ Lu
xxj. Jn patiā v. poſ. a. v. Hec
poſſeſſio ē final' beatificatio.
De qua Ja. v. Ecce beatifi/
cam⁹ eos q̇ ſuſtinuerũt. Suf
ferentiã iob audiſtis. ⁊ finē
dñi vidiſtis. q̄i. d. Sic pati/
entia xp̄i ⁊ bti iob tãdē in fi/
ne i magĝ gl'ia fuerũt. ſic ⁊ vr̄a
erit. durate ⁊ ꝑſeuerate. He
bꝛe. x. Nolite amittere ꝯfidē
tiã vr̄am q̄ magnã hꝫ remu/
nerationē. Patiētia vob̄ ne/
ceſſaria ē vt volũtatē dei faci
entes repoꝛtetis ꝓmiſſionē
⁊c̄. Que eſt ãt illa pꝛomiſſio.
Ecci. j. Vſqꝫ in tp̄s ſuſtine/
bit patiēs ⁊ poſtea redditio
iocunditatis. Jtem pius
miſeratione. Job. xxxj. Ab
infancia mea creuit mecum
miſeratio. ⁊ de vtero ⁊c̄. Jſa.
xj. Req̄eſcet ſup eum ⁊c̄. Jn
hoc autem ſeptenario poni
tur ſp̄s pietatis quo vnxit
eum de⁹ pater q̄i oleo miſeri
coꝛdie ⁊ clemētie ꝑ ꝑticipib⁹
ſuis. Hoc ſp̄ũ pietatiſ ⁊ ꝯpaſ/
ſiõis ſup lazaꝝ ⁊ ſup hierl'm

fleuit. Hoc languores nr̄os
ſanauit. hoc in deſerto q̄nq;
milia hoīz ſatiauit. H̄ paruu/
lis man⁹ impoſuit. H̄ mulie/
rē in adulterio dep̄henſaz li
berauit. hoc ꝑ caſtella circui
ens ⁊ anias cōuertens peni
tentiā p̄dicauit. Hui⁹ pieta/
tis imitatores eſſe debem⁹ ſi
cut filij cariſſimi. vt quemad
modū dicit̄ ad Titū. ij. So
brie ⁊ pie ⁊ iuſte viuam⁹ in h̄
ſeculo. Qđ exponit Ber̄. ar/
gumētādo a ↄtrarijs. Ebri/
etas eſt exterior voluptatuz
effuſio. interior curioſitatuz
occupatio. Ecōtra ſobrietaſ
eſt exterior voluptatū refre/
natio. interior curioſitatum
exclusio. ⁊ ita viuit hō ſobrie
q̄ ad ſeip̄m. iuſte q̄ ad ꝓximū
cui exhibet qđ iuſtū eſt. Iu
ſticia eſt in duob; modis. in
innocētia. ⁊ in bn̄ficētia. In/
nocentia iuſticiā inchoat. be
neficētia ↄſumat. Pietas eſt
in deū. ⁊ ↄſiſtit in duob;. ſ. vt
de nob̄ non p̄ſumam⁹. ſed in
deo ꝑfecte ↄfidam⁹. vt ꝑ euz
oīa impedimēta mūdi vin/
cam⁹. Quid vtili⁹ q̄ȝ oīa im/
pedimēta mūdi vincere. et ꝑ
ↄſeq̄ns imitatorem dei eſſe.
Qđ p̄ſuaſum hȝ apl̄s. Thi/
mo. iiij. Exercita aūt teip̄m
ad pietatē. pietas eñ ad oīa
vtilis eſt. p̄miſſionē hn̄s vite
que nūc ē ⁊ future. Pulchrū
adiectiuū eſt vocari piuz. ſic
btūs Nico. ⁊ ſctūs Marti.
Baruch. v. Noīabit̄ tibi no/
mē tu. a dō in ſempit̄nū pax
iuſticie ⁊ honor pietatis.
Itē benign⁹ caritate ⁊ dile/
ctione. Ti. iij. Appuit beni.
⁊ hu. ſal. n. dei. Gloſa. i. larga
miſdia ⁊ clemētia dei. quod
vtiq; ad charitatez ꝑtinet. q̄
ſm apl̄m patiens ⁊ benigna
eſt. patiēs ꝑ miſcdiam. beni/
gna ꝑ clementiā. Ber̄. Pati/
ens eſt charitas. diſſimulat.
expectat. ſuſtinet. delinquen
tē. Benigna trahit. adducit.
⁊ cōuerti facit errantē. Dei ḡ
imitatores ſum⁹ ſi inuicē di
ligimus ⁊ ip̄m ſuꝑ oīa ama/
mus. qr de⁹ caritas eſt. Ber̄.
Caritati diuie triplicē ſolli/
citudinē impēdere debem⁹.
ſcȝ vt naſcat̄. vt creſcat. vt ſer
uet̄. Naſcitur ſi cibaueris ini/
micum. ſi potum dederis ei.
qr hoc faciēs carbones igniſ
ↄgeres ſuꝑ caput ei⁹ Carbo
nes ignis ſc̄ opa caritatꝭ q̄ ↄ
gerūt̄ ſuꝑ diabolū. q̄ ē caput
oīz iniq̄z. vt ablato eo naſcat̄
eis caput. de⁹ qui caritas eſt
Creſcit. ſi neceſſitatē patiēti

ſubueneris.ſi volẽti mutua/
re pſtiteris. ſi amore aĩm tu
um aperueris. Seruat̃ ſi lo
quẽdo vł exhibẽdo etiã q̃ nõ
videt̃ neceſſaria amicoꝝ vo/
luntati ſatiſfeceris. Seruat̃
etiã ꝛ auget̃ bono vultu. dul
ci ſmone. hilari opatiõe. vt
caritatẽ quã vult⁹ ꝛ ſmo in/
dicãt. pia ꝛ hilaris opatio cõ
firmet. qꝛ exhibitio opis pro
batio eſt dilectiõis. Nota
xp̃s eſt odor effuſus Cant. j
Oleũ effuſum nomẽ tu. In/
cenſus. Exod. xxix. Offeres
totũ arietẽ incẽſum ſup alta
re. Odor eſt ſuauiſſim⁹ victi
me dei trit⁹. Iſa. liij. Attrit⁹
ꝓpter ſcele. no. Coct⁹ ꝛ bulli/
tus Job. xlj. Et ponet q̃i cũ
vngenta bulliũt ꝛc̃. Amẽ.

De euangelio.

e Rat ie/
ſus eijciẽs demo
nium ꝛ illud erat
mutũ ꝛc̃. Luc̃. xj. Legimus
de q̃ttuor eiectiõibꝫ diaboli
Prima facta eſt de celo em/
pyreo. ſathana ſuperbiente.
Scđa de corde pctõris pe/
nitentiaꝫ agente. Tercia de
corpibꝫ obſeſſis ſpũſctõ com
pellẽte. Quarta de h̃ mũdo
ꝓplo fideliũ in xp̃m credẽte.
ꝛ fidem ſctẽ trinitatis recipi/
ente. Vñ v̾. Celũ pctõr. ob
ſeſſus mund⁹ hñtur. De q̃bꝫ
eijcitur loca bis duo lucifer
exul. Igit̃ pm⁹ locus de q̃
diabolus eijcit̃ p ſupbiã. eſt
celũ empyreũ ꝛ inhabitatio
ſpũum btõrũ. Ezech. xxviij
Peccaſti ꝛ eieci te de monte
ſctõ dei. ꝛ pdidi te o cherub.
Peccaſti ſcꝫ ſupbiẽdo ꝛ eie/
ci te. ſ. vſqꝫ ad inferos humi/
liando. Ps. Hũilians autẽ
pctõres vſqꝫ ad ter. vltimaꝫ
ſupple. De hac humiliatione
Iſa. xxv. Hũiliabit̃ gl̃ia eiuſ
cũ alliſione manuũ eius ꝛc̃.
Qđ bene ſignatũ habem⁹. j
Reg. v. in dagon. q̃ corã ar/
cha federis dñi cũ alliſione
manuũ ac pedũ atqꝫ capitis
ſui ſup limẽ. ꝛ iacebat q̃i trun
cus p oĩa inutilis ĩ t̃ra. Sic
fiet ſupbis ĩ die iudicij q̃ñ re
uelabit̃ archa teſtamenti fe/
deris dñi. xp̃us videlicꝫ cui
tũc teſtimoniũ hũilitatꝭ phi
bebũt inſignia crucꝭ ꝛ paſſi/
onis ſue q̃bꝫ hũiliat⁹ eſt. con
ſput⁹ ẽ. cõtẽptibił habit⁹ eſt.
Iſa. liij. Quaſi abſcõdit⁹ vul
tus ei⁹ ꝛ deſpect⁹. vñ nec re/
pu. eũ. De reuelatõe hui⁹ ar
che dr̃ Apoc̃. xj. Aptuꝫ eſt tẽ
plũ dei in celo ꝛ viſa ẽ archa

teſtamēti ei⁹. Sȝ q̄ꝫ terribil' eſſe debeat iſta viſio mōſtrat cū ſubdit. Et facta ſūt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua ⁊ terremot⁹ ⁊ grādo mag. Ibi ſugbit imitatores diaboli. n̄ poterūt āmodo caput ſuū floribus inſertare. man⁹ lateribꝫ infurcare. pedes elatꝭ greſſibus informare. ⁊ ī ſūmis pedū articul' ābulare. Scd's loc⁹ eſt cor et ꝯſcia pctōꝝ de q̄ eĳcit p pnīe cōtritionem. Mar. xvj. Appuit pmo marie magdalene de q̄ eiecerat ſeptē demōia. i. vniuerſitatē vicioꝝ que p ſeptenariū ītelligunt. Ut dicit Gregꝭ. Naȝ ſeptē demonibꝫ miſtice loq̄ndo ille obſeſſus eſt. q̄ ſeptem capitaliū viciorū ſpiritibus ſubdit⁹ eſt ⁊ ſubiect⁹. De q̄bꝫ etiā hic dr. Tūc vadit ⁊ aſſumit ſeptē alios ſpūs neq̄. ſe. ⁊c. ſ. ſpm̄ ſupbie. auaricie. inuidie. luxurie. ire. accidie. gule. ⁊ ingreſſi habitāt ibi. Q̄ d̄ ſolis reprob intelligendū ē. ſic de iuda pditore in quē introiuit ſathanas p⁹ buccellā. i. pleni⁹ poſſedit tāq̄ꝫ vas ꝓpriū ⁊ nō alienū. intrat em̄ in cor diabol⁹. immittēdo iniq̄s pſuaſiōes cogitatōibꝫ iniq̄ꝝ. Iſido. Aliud ē intrare ī mētem cuiuſq̄ꝫ diabolū. aliud ī habitare. Nā ⁊ in cordibus ſctōꝝ īgredit. dū malas ſuggeſtiōes inſinuat. ſȝ nō habitat in eis. q: in ſuo corpe nō eos traducit. q̄ ꝟo in ei⁹ corpore ſūt. ipos inhabitat. q̄a ipi ſunt tēplū eius. ⁊ ſi ſubrepat mētibꝫ electoꝝ diabol⁹. nō tn̄ in eis reqeſcit. ſic in cordibꝫ repboꝝ. nā calore fidei mox excitat vt exeat ab electis. Cōtritio ⁊ ꝯfeſſio ſūt q̄dā laxatiue potiones p q̄s diabol⁹ cogit tā ad oris vomitū q̄ꝫ ad ventrꝭ ſolutionē. De vomitu Iob. xx. Diuitias quas deuorauit euomet ⁊ de ventre ſuo extrahet eos de⁹. De ſolutiōe ventrꝭ Iudith. xv. Iudith filia merari. i. ꝯfeſſio. ī ſpecie faciei ſue diſſoluit eū. Terti⁹ locus eſt corp⁹ alic⁹ obſeſſi. in quo diabol⁹ aliq̄n dn̄ium hȝ ad vexandū ⁊ exagitādū. ſic legitur. j. Reg. xviij. De ſaul quē exagitabat ſpūs nequā a domino. ⁊ de multis alĳs a q̄bus diabol⁹ corpalit eſt eiectus. Un̄ Matth. viij. Ueſpere autē facto obtulerūt ei multos demōia hn̄tes ⁊ eĳciebat ſpūs ꝟbo. Sȝ h̄ mouet cū ſpūs carnē ⁊ oſſa non

habeat. nec oc̄l'os nec aures
nec linguā. q̄re aliqđ demo/
niū dicaꝭ cecū vel mutū vel
ſurdū. Qđ totū đꝛ ꝓpter ma/
licie ſue opationē ꝛ effectuꝫ.
qꝛ maligni ſpūs ꝛ opariꝭ ini/
quitatꝭ tales eos efficiūt. vt
ſint ceci. ſurdi. muti. ꝛ aliis i/
firmitatibꝫ deo ꝑmittēte fla/
gellati. Bene aūt h̄ euāgeliū
tēpori cōuenit. qꝛ diabolus
multos nūc in q̄dragesima
mutos adꝯfitendū pctā ſua
reddit. Dormit eīn diabolꝰ
ꝛ q̄eſcit i cordibꝫ mltoꝝ. nec
patiꝭ campanas. i. liguas cō
fitentiū pulſari. vl' ſtrepituꝫ
clamoris luctꝰ et pnīe circa
ſe fieri. more principū et ty/
rannoꝝ. Judith. xiiij. Nullꝰ
enim audebat cubiculū vir/
tutis aſſyriorum pulſando
aut intrando aperire ꝛc̄.

Notandū ergo ꝙ quidaꝫ
muti efficiuntur ꝓpter pecca
ti delectationeꝫ. ꝛ adhuc re/
linquere nolūt. Job. xx. Cū
enim dulce fuerit in ore eiuſ
malum. abſcondet illud ſub
lingua ſua. parcet illi et non
derelinquet illud. ꝛ celabit ī
gutture ſuo. Iteꝫ ꝓpter ve
recundiam peccati ꝛ abuſio
nem. Geneſ. xix. Educ viroſ
vt abutamur eis. dicebāt ſo
domite. quod interp̄tatꝭ mu
ti. Hi ſunt canes muti ꝛ im/
pudentiſſimi. Iſa. lvi. Spe
culatores eius ceci omnes.
neſcierunt vniuerſi. canes
muti non valentes latrare.
ſupple in confeſſione. Itē
propter negocioruꝫ diſtra/
ctionem. Ezech. xxvii. Que
eſt vt tyruſ que obmutuit in
medio maris. Item pro/
pter diuinaꝫ vltionē. ij. Ma
chabeo. iij. Et ille quidem ꝑ
diuinam virtutem iacebat
mutus. ꝛc̄. Item propter
conſcientie remorſionem.
Matth. xxij. At ille obmu/
it. Quartus locus eſt mū
dus ille viſibilis ꝛ pulcher/
rimus. de quo etiaꝫ expelle/
tur tandem ne eius decore
perfruatur ad decipiendas
animas. Mathei. iiij. Hec
omnia dabo tibi ſi procidēs
adoraueris me. De hac eie/
ctione Job. xviij. Expellet
eum de luce ad tenebras. et
transferet eum de orbe. Et
Johis. xij. Nunc iudiciū eſt
mundi. nūc prin. mundi hu/
ius e. f. Glo. cuꝫ đꝛ. Diabolꝰ
princeps mundi huius. non
crediꝭ eſſe dominꝰ celi ꝛ ter/
re. ſed ꝑ mundū intelligunꝭ
mali hoīes toto orbe t̄rarū

diffuſi. ſic em̄ ſolem⁹ vocare
malā domū vbi mali homi
nes ſunt. ⁊ bonā vbi ſunt bo
ni. Nā ⁊ mūdus dicit̄ in bo/
nis in mūdo diffuſis. Unđ
apl's. De⁹ erat in xp̄o mūdū
recōcilians ſibi. de quib⁹ eij/
citur diabol⁹ frequent̄. Uñ
notabilit̄ dicit̄. Erat ieſ⁹ eij
ciens demoniū. Cepit enim
iſta eiectio ante xp̄i paſſionē
in ſanctis pr̄ib⁹ et veteribus
ſanctꝭ fidē xp̄i hñtibus licet
pauciſſimiſ. ſicꝫ in iohe bapti
ſta ⁊ iuſto ſymeone ⁊ ceteris
electis. Sꝫ in xp̄i paſſiōe et
aploꝝ p̄dicatiōe. vires et ro
bur aſſūpſit quia tūc gentes
credere ceperūt. et ita q̄tidie
creſcit etiaꝫ vſqꝫ ad diē iudi
cij donec ex toto eijciat̄. ⁊ pn
cipatus ei⁹ euacuet̄. Job. xlj
Cū ſublat⁹ fuerit timebunt
angeli ⁊ t̄roꝛe purgabuntur
Qđ exponit Iſido. Dū ſub
lat⁹ fuerit diabol⁹ vt dānet̄.
multi electi q̄ in coꝛpe ſūt in
ueniendi. dn̄o ad iudiciū ve
niente metu ꝯcutiendi ſunt.
videntes tali ſnīa impiū eſſe
dānatū. q̄ terroꝛe purgandi
ſunt electi. qꝛ ſi q̄d eis ex coꝛ
poꝛe adhuc pc̄ti remanſerat
metu ip̄o. q̄ diabolū damna
ri ꝯſpexerit purgabunt̄. A.

Dñica q̄rta in. xl. de epl'a.

# Letare hie

rusalē ⁊c̄. Introit⁹
iſte videt̄ aſſumpt⁹
eſſe de Iſa. lxvj. vbi dicit̄ ſic.
Letamini cū hierl'm ⁊ exul/
tate in ea om̄es q̄ diligitꝭ eā.
gaudete cum ea gaudio vni/
uerſi q̄ lugebatis ſup eaꝫ vt
ſugatis ⁊ repleamini ab vbe
rib⁹ ꝯſolatiōis ei⁹ ⁊c̄. Quat/
tuoꝛ ſunt igit̄ q̄ ſupnā hieru
ſalem letabilē ⁊ exultabilem
reddere pñt. ſcꝫ. Structure
ip̄ius nouitas. pulchritudi/
nis claritas. libertatꝭ digni/
tas. Beatitudīs ip̄i⁹ durabi
litas. ⁊ eternitas. Uñ ꝟ. Ex
h̄ hierl'm merito letabimur
in te. O noua. q̄ pulchra. q̄
libera. qꝫ beata es. Igit̄
de nouitate eius đr Apocal'.
xxj. Uidi ciuitatē ſan. hie. n.
⁊c̄. Noue res ampliorē pari/
unt leticiā. qꝛ iuxta v̄bū apl'i hebr. 8
Qđ antiquat̄ ⁊ ſeneſcit ꝓpe v. 13
interituꝫ eſt. Sed ciuitas h̄
q̄tidie innouat̄ p electoꝝ ani
mas q̄ illic tanq̄ꝫ lapides vi/
ui ⁊ quadrati ponunt̄. Eph.
ij. Ip̄o ſūmo angulari lapi/
de xp̄o ieſu in q̄ o. e. ꝯ. ⁊c̄. Di
cunt̄ aūt om̄s electi lapides
viui ꝓpter vitā grē que in eis

operaṫ virtutes.ꝛ lapides q̄
drati ꝓpter tribulatōnū tem
ptationes. ꝛ ꝓpter honeſtos
cōuerſationis mores. De q̄
bus lapidibꝰ dicit̄ Iſaij.liiij
Ecce ego ſternā per ordinē
id eſt.per ordinatā vitā.ad
deum ꝛ ad proximū lapides
tuos.ꝛ fundabo te in ſaphi/
ris.ꝛ ponā iaſpidem propu
gnacula tua.ꝛ portas tuas i
lapides ſculptos ꝛc. Nō em̄
vult altiſſimus domū ſuam
edificare de lapidibus lute/
is ꝛ lateribꝰ cōbuſtis et con/
ſumptis. Iſa.ix. Lateres ce
ciderunt.i.demones.ſꝫ qua/
dris lapidibꝰ. ſcꝫ electis ani
mabꝰ reedificabimꝰ. Augꝰ.
Nunqꝫ vetus innouās om
nia.ꝛ in vetuſtatē deducens
ſupbos ꝛ neſciūt. libro ↄfeſ/
ſionū. De pulchritudine ꝛ
claritate huiꝰ ciuitatis dicit̄
Thob.xiij. Luce ſplendida
fulgebis ꝛ adorabunt te om
nes fines terre. Et Apocal.
xxj.dicit̄.ꝙ ciuitas illa nō in
diget ſole neqꝫ luna ꝙ luceāt
in ea.qm̄ claritas dei illumi
nauit eā ꝛ lucerna eiꝰ eſt ag/
nus. Quecūqꝫ ciuitas ſole ꝛ
luna non indiget.oportet ꝙ
ſit clariſſima ꝛ diuio lumine
illuſtrata. Et talis ē ciuitas
ſanctoꝝ.celū.ſ.empyreū.De
quo Baſiliꝰ in enchiridion.
Celū iſtud in quo ſancti ha
bitant.eſt corpꝰ purū.natu/
ra ſimpliciſſimū.primū mū/
di fundamentū. quātitate
maximū.qualitate lucidū.fi
guratōne ſpericū. locali ſitu
a terre centro ſupremū.am/
plitudine corpoꝝ ꝛ ſpirituū
viſibiliū ꝛ inuiſibiliū conten
tiuū.dei ſummi habitaculū.
Licet em̄ ſit vbiqꝫ deꝰ.tñ ſpe
cialiter dicit̄ eſſe i celo. quia
ibi relucet potiſſime ſue vir/
tutis opatio. Et ideo celum
ſpecialit̄ dicit̄ ſedes dī. qꝛ in
corpe mūdi.ſpecies celi pul/
chrior eſt. vt dicit Damaſce
nus.ꝛ in celo diuina virtus
manifeſtiꝰ operat̄. Dicit̄ aūt
empyreū a pyr greco. qđ eſt
ignis.q̄ſi totū igneū.ſic di/
ctum.nō ab ardore. ſed poti
us a ſplendore et a lumīe.eſt
em̄ ſumme lucidū.ꝛ opponit̄
inferno.q̄ eſt baratrū ſūme
opacū ꝛ tenebroſum. vbi eſt
ſedes demonū ꝛ hoim dam
natorū. Eſt aūt ex ſui natu/
ra vniforme ꝛ ſtabile.ꝛ imo/
tum.celo criſtallino īmedia/
te ſuppoſitū ad ipm illumi/
nandū. Letari ḡ merito po/
terūt.qui ad claritatē ꝛ pul/

chritudinē iſtam ꝑueniunt. De libertatꝭ dignitate dicit̄ Gal.iiij. Illa aūt que ſurſuꝫ eſt hierl'm libera eſt.que eſt mr̄ nr̄a ꝛc̄. Magna dignitas eſt natos nos eſſe ꝺ libero ventre. Sed vnde iſta libertas nobis ꝓueniat.ſubdit apl's in fine ep'le cū dicit Qua libertate xp̄s nos liberauit. Et hec ē vera libertas q̄ magis attendit̄ ſm ſpiritū q̄ꝫ ſm carnē. xp̄s eī̄ ſemetipm ꝓ nobis tradidit ꝛ ſeruituti ſubiecit corꝑalit̄. vt nos liberos efficeret ſpūalit̄ Vn̄ dicit Joh.viij. Si fili⁹ vos libauerit vere liberi eritꝭ Eſt eī̄ fili⁹ dei ꝓpter nos ſeruus fact⁹ ſic dicit apl'us Gal.iiij. Quāto tpe heres par.eſt nihil dif.a ſer. Hoc ꝑ̄figuratū fuit in ioſeph q̄ in ſeruuꝫ venundat⁹ eſt. ꝛ ꝑ hm̄oi ſeruitutem meruit ſuis fratribꝫ ꝛ amicis maximā libertatem. Vn̄ Phil.ij. Qui cū in f.dei e.ꝛc̄.ꝛ poſt.ſemetipm ex.for. ſer.a cci. Ciuitas illa magnā libertatē habet ꝛ multā ꝑrogatiuā. Vna eſt ꝙ ei⁹ ciuilitas ita cōparat̄ ꝓ paruo ꝑcio ſicut ꝓ magno. q̄a dicit beat⁹ Grego. Regnū celorū tantū valet q̄ntū habes. Valuit eī̄ zacheo dimidiū bonoꝝ ſuoꝝ. valuit vidue duo minuta. ꝙ pulchre ſignatuꝫ habem⁹ Act.xxij. Dixit centurio ad paulū. Ego hanc ciuilitatē multa ſūma ꝯſecut⁹ ſum. Et rn̄dit paulus. Ego aūt in ea nat⁹ ſum. Item ꝙ nullus pōt ꝯtra ciues illi⁹ patrie iterpellare de aliquo negocio. nec̄ꝫ extra vallū litigare. vn̄ diues ille repulſus fuit ab audientia.q̄ lazaꝝ extra vallū venire rogauit. Nota.j. Machab.x. de ionatha. qualit̄ recedebant ꝯfuſi.qui interpellabant contra eum.

Item ꝙ ꝓ q̄cunq̄ꝫ dānando petierint. debeat eis dimitti ꝛ donari.ſicut patet in theophilo.quē beata ꝟgo liberauit.ꝛ in multꝭ alijs peccatoribꝫ qui ꝑ ſanctoꝝ merita liberant̄. De beatitudinis eternitate dicit apl'us.j. Corinth.ij. Oculus non vidit deus abſq̄ꝫ te q̄ ꝑparaſti diligentibꝫ te. Eſt autē beatitudo.ſtatus omniū bonorum aggregatione perfect⁹. Et eſt ille beatus vt dic̄ Auguſtin⁹.qui omnia que vult habꝫ.nec aliquid vult quod non deceat. Unde cōſtat ꝙ ſancti q̄ ſunt in patria om̄ia

habeant. Grego. Tanta vis dilectionis ⁊ amoris omēs ibi ſociat. vt quod vnuſquiſq; in ſe nō habet. in altero acce piſſe ſe gaudeat. De hac bea tiſſima ciuitate dicit Bern. Hieruſalē ciuitas reg₹ ma gni qui ex adipe frumenti ſa tiat te. ⁊ quam fluminis im petus letificat nec pondus nec menſura eſt apud te. ſed ſatietas ⁊ affluentia ſumma mira ſerenitas. plena ſuaui tas. eterna ſecuritas. iam nō eſt timor in finibꝫ tuis. quia poſuit finis tuos pacem. Nullus inimicꝰ itrat ad te. nullus amicꝰ exit a te. nulle ibi temptatiōes. nulle ibi co gitationū turbe mentē con fundunt. quia ille qui idem eſt in ydentitate. oīa conſo lidat atq; cōiūgit. nulla iam tunc temptādi facultas. nul la inquietandi libertas. nul la nocendi poſſibilitas. volū tatis dei nulla ibi erit tranſ greſſio. vbi nimirum nobis in nobis ⁊ felix erit ſecuritas et ſecura felicitas. atq; omni no perfecta iocūditas. vt ſit nobis vna cum deo volun tas. vbi puriſſimum lumen puriſſimus oculus intuebi tur. vbi omne bonum et in telligunt ⁊ requirunt intelle ctu perſpicaciſſimo ad audi endam voce₹ ſermonū dei. Quod nobis pſtare digne tur ⁊c.

De euangelio.

Accepit ie ſus panes. ⁊ cū gra tias egiſſet diſtri buit di. ⁊c Johis. vj. In his verbis notare poſſumꝰ qn q; genera panum ad ſuſten tationē tam corporis q̄ʒ ani me pertinentium. Primꝰ eſt ventris ⁊ refectionis quoti diane. Secūdus ſacre ſcri pture. Tercius luctus ⁊ pe nitentie. Quartus ſacramē ti altar₹ ⁊ eucharistie. Quin tus beatitudinis etne. Vn de ꝟ. Ventr₹. ſcripture. lucꝰ altaris. ⁊ illū. Qui cibꝫ eſt pa trie. panes hos accipe qnq;.

De primo igitur pane qui eſt ventris ⁊ refectiōis quo tidiane. dicit Math. vj. Pa nem no. quo. da no. ho. Qō exponit Augꝰ. dicens. q nomine panis q in omībꝫ cibis precellit. tota vite noſtre ne ceſſitas intelligit. q₹ nō in ſo lo pa. vi. ho. ſ₹ in oī ꝟ. hoc eſt in omni creatura pꝫbuʒ dei

facta ꝑ vita humana ſuſtentanda. Hunc panē debꝫ nobis ꝯdire ⁊ ſapidū reddere exercitatio corpis ⁊ afflictio laboris. ſicut exemplū habemus in adā ꝓthoparēte nr̄o cui dictū eſt. In ſudore vultus tui veſcerꝭ pane tuo. pſ̄. Labores manuū tuaꝝ quia māducabis. Qđ eſt ꝯtra ocioſos clericos papalardos. q̄ q̄ſi ꝓphete in ꝑpl'o volūt videri. nec cū laicis. nec cū religioſis viris quicq̄ laborꝭ experiri. De quibꝫ Zacha. xiij. Et dices. nō ſum ꝓpheta. ſed hō agricola ego ſum. ⁊ adam exemplū meū ab adoleſcentia mea.

Secunda renouatio fit per penitentiam contra peccatum actuale. quod nos in vetuſtatem criminum mittit. Ps. Turbatus eſt a furore oculus meus. inuete. inter oēs ini. me. q. d. Poſtquam vidi me inueteratum in medio ſcelerum meorum. eo quod diu iacuerim in peccatis. et diu computruerim in eis. turbatus eſt oculus intelligentie mee. et in furorem penitentie conuerſus. Penitentia enim furori comparatur. quia ſicut furens non curat quid faciat. et quandoque ſeipſum vulnerat. ſic penitens ſeipſum punit et caſtigat. Unde Grego. de penitentia magdale. Conſiderauit nanque quid fecit et noluit moderari quid faceret. Et quia grauiter erubeſcebat ſe intus nihil eſſe credebat quod verecundaretur foris. Et nota quod peccator furere dicitur. quia damnum quod ſibi et aliis infert minime recognoſcit. Cum enim quis mortaliter peccat. auffert deo quod ſuum eſt. ſ. imaginem eius deturpando vel etiam deformando. Item proximo quod ſuum eſt. ſ. bonum commembri. Nam ratione communionis bonorum eccleſie qui peccat in ſe. peccat et in totam eccleſiam. Unde Adamancius. Eccleſia in qua corpus chriſti eſt. vnde in totam eccleſiam delinquere videtur. qui corpus ſuum maculauerit. Qui ergo peccat damnificat eccleſiam. quia aufert ei bonum commembri. Item ſibiipſi aufert quod ſuum eſt. quia beneficia ſibi a deo preſtita vilipendit. quod eſt ingratitudo maxima. De ſunt tres ruge in facie peccatricis anime

ꝑ quas deꝑhendit vetuſtas
eius. Job. xvj. Ruge mee te/
ſtimoniū ꝑhibent cōtra me.
Debem⁹ ergo renouari ſpū
mentis nr̄e. i. ſpiritu qui eſt
mens. i. mentaliter ad ſilitu
dinē ſerpentis. qui ꝑ angu/
ſtum foramen petre ſe traij/
cit. ⁊ veteres exuuias depo/
nit. j. Pe. ij. Deponētes igit̄
omnē maliciaꝫ ⁊c̄. Tercia
renouatio fit ꝑ ingreſſuꝫ re/
ligionis vbi hō tot⁹ renoua
tur. ⁊ q̄ſi in virū alterū muta
tur. ita vt in ip̄o locū habeat
qđ dicit̄ Apocalip. xxj. Ecce
noua facio omnia. Innoua
mur eñ foris vultu. habitu.
geſtu. Int⁹ gemitu. ſuſpirijs
planctu. ⁊ alijs ſignis noue
ꝯuerſionis. Qđ ſignatū ha/
bemus Deut. xxj. de mulie/
re captiua. Si videris i nu/
mero captiuoꝝ mulierē pul/
chram ⁊c̄. vſqꝫ ibi. Introdu
ces in domū tuam. Que ra/
det ceſariem ⁊ circūcidet vn/
gues. ⁊ deponet veſtem in q̄
capta eſt. ſedenſqꝫ in domo
tua. flebit patrem ⁊ matrem
ſuam vno menſe. poſtea in
trabis ad eam dormieſqꝫ cū
illa ⁊ erit vxor tua ⁊c̄. Ecce
quanta mutatio ⁊ quam eui
dens renouatio tam corpo/
rum q̄ꝫ moꝝ. vt fiat mun
dan⁹ religioſus. homo car/
nalis ſpiritualis. terren⁹ ce/
leſtis. hec mutatio dextere ex/
celſi. Ps̄. Emitte ſpiritū tuū
⁊c̄. ⁊ renouabis faciē ter. i.
peccatoris qui prius faciem
ad terram habuerat. ⁊ terre
na concupierat. modo ſurſū
faciem cordis ad deū leuat.
et ad dei imaginem ſe tranſ/
formari affectat. j. Corinth.
xv. Sicut portauimus ima
ginem terreni. portemus et
imaginem celeſtis imago ter
reni eſt ade vetuſtas. imago
celeſtis eſt chriſti nouitas.
Gregori⁹. Vite etenim no/
ſtre. in vi. e. contrari. op. no.
ſue. ⁊c̄. Hec eſt renouatio a/
quile. Ps̄. Renouabitur vt
aquila iuuentus tua.

Quarta renouatio fiet ꝑ
gloriam reſurrectionis in ſe
culo futuro. quādo ſcꝫ mor/
tale hoc induerit immorta/
litatem. et corruptibile hoc
induerit incorruptionem. j.
Corinth. xv. vbi multa dicit
ap̄ls de reſurrectiōe. Et qui
dē oēs reſurgē⁹. ſed nō om̄s
immutabimur. Immutari
idem eſt qđ renouari. ⁊ i glo
riā bt̄e imortalitatis trāſire.
Tube nomine aliquod eu/

dens ⁊ p̄clarũ ſigunm ad/
uentꝰ chriſti intelligit̃. Per
ictum oculi ſumma celeritaſ
huius renouationis accipit̃
Tunc etiam faciet dominꝰ
celum nouum ⁊ terrã nouã.
id eſt. corpus ⁊ animã reno/
uabit ⁊ vnũquodq̃ ꝓꝑriis do
tibus adornabit vt impleat̃
in nobis quod dicit̃. ij. Co/
rinth. iij. Nos autẽ omẽs re
uelata facie gloriaꝫ domini
ſpeculantes in eandem ima
ginem transformabimur a
claritate in claritatem tanq̃
a domini ſpiritu. Glo. A cla
ritate creationis in claritatẽ
iuſtificationis. vel a clarita/
te fidei in claritatẽ ſpei. Nũc
enim in hoc tempore in ſpe
hꝰ renouationis poſiti ſumꝰ
donec ipſam ꝑcipiamꝰ in rei
veritate. Vñ Phil. iij. Sal/
uatorem expectamus domi
niũ ieſum chriſtuꝫ qui refor.
c. h. noſtre. Gloſa. i. deiectio
nis noſtre quod ꝑ mortẽ in
puluerem ⁊ vermes humili
atur. reformabit ita q̃ erit cõ
figuratuꝫ corpori claritatis
ſue. i. aſſimilatũ corꝑi clarita
tis illius quã habuit in trãſ/
figuratione. vel in reſurrecti
one. Hec eſt renouatio fe/
nicis que ſe incinerando re/
ſuſcitat. ꝑ quam chriſtus ſi/
gnatur. qui eſt vnicus patrꝭ
qui collectis lignis aroma/
ticis. ſ. crucis flãmis carita/
tis ſe iniecit. ⁊ nos ſui gene/
ris ſpeciẽ conſeruauit. ſm il/
lud. Qui mortẽ noſtrã mori
endo deſtruxit. ⁊ vitaꝫ reſur
gendo reparauit. Qui eſt be
nedictꝰ in ſe.

De euangelio.

Vrge tol
ſ le lectum tuũ et va
de in domũ tuam.
⁊c. Matth. ix. Sunt quat/
tuor cubicularij qui ponunt
nobis quattuor genera le/
ctorũ. Xp̄s lectũ correptõis
et increpationis. Caro le/
ctum delectationis. Mun/
dus lectũ ambitionis. Dia/
bolus lectũ elationis. Vñ
verſus. Xp̄s languoris. caro
luxus. mũdus honoriſ. Lu
cifer horroris lectum parat
atq̃ tumoris. Igit̃ primꝰ
cubicularius chriſtꝰ eſt q̄ po
nit nos in lecto languoris ⁊
increpationis. Job. xxxiij.
Increpat per dolorẽ ĩ lecto.
⁊ om̄ia oſſa eius marceſcere
facit. abhominabilis fit ei ĩ
vita ſua panis ⁊ anime illiuſ
cibus ante deſiderabil̃. id ẽ.

praua deſideria et maligna opera. in quibus prius dele ctabatur. in amaritudinem penitentie conuertenẗ. Ps. Lauabo p ſingulas noctes lectum meū. id eſt. p ſingula peccata ad memoriaʒ reducta. lauabo lectum conſcien tie egre ⁊ infirme. Deniꝗ; ppter peccata diuerſe egritudines accidere ſolent. Glo. Hic datur intelligi pleraſꝗ; corporū debilitates euenire pꝓter peccata. Et iō for ſan prius dimittuntur peccata huic paralitico. vt cauſis debilitatis ablatis. ſani tas reſtituaẗ. Hinc eſt ꝙ hic paraliticus in luca vocatur homo quaſi peccator. et aliȷ̄ paralitico iacenti ad piſcinā dicit̄. Ecce ſanus factus es iam ampli⁹ noli peccare. Et ponunẗ hic quinꝗ; cauſe q̄re domin⁹ percutit aliquos in p̄ſenti. Secūdus cubi cularius vel potius cubicu laria noſtra eſt caro que ponit nos in lecto luxurie ⁊ im pudicicie. Prouerb. vij. Intexui funibus lectū meum. Alia lr̄a habet. inſtitis. qđ in idem redit. Utrumꝗ; ſignat mollicieum et carnalem voluptatem ligantes ⁊ illaqueantes animā. Iſti ſūt funes neruicij ⁊ ſemp humentes. p quos dalida ligat ſamſonē. Judicū. xv. Primo quidem molles. ſed poſtꝗ̄ ſiccati fu erint fortius ſtringunt. quia difficile eſt conſueta relinq̄re ⁊ vicijs adoleſcentie in ſenectute carere. Prouer. xxij Prouerbiū eſt. Adoleſcens iuxta viam ſuā etiā cū ſenue rit nō recedet ab ea. Poeta. Sordib⁹ imbutos nequeūt dimittere ſordeſ. Straui in quit tapetibus pictis ex egy pto. id eſt. diuerſis deſideriorum vanitatib⁹. puta ludis choreis. tympanis. iocis. ge ſticulationib⁹. riſib⁹ et ceterꝭ iuuenilibus delectationib⁹ inherendo. que om̄ia ſunt de egypto. q2 ꝑtinent ad me rorem ⁊ ad tenebras eterne damnationis. ſm̄ illud. Ue vobis qui nunc rideꞇꝭ. quia lugebitis. Luce. vj. Aſperſi inquit cubile meum myrra ⁊ aloe et cinamomo. vbi plura ponuntur amara ꝗ̄ dulcia. Juxta illud poeticum. Plus aloes ꝗ̄ mellis habet Quia reſpectu delectatōnū que in operib⁹ carnis ſunt. multo plures ſunt amaritu dines. Nam cū lac carnalis

delectationis ex vtre Jabel
bibitur. tympus clauo eter/
ne damnatōis pforaꝫ. Judi
cū. iiij. Tercius cubicula/
rius eſt mundus qui ſternit
nobis lectū cupiditatꝫ ⁊ am
bitionis ⁊ tranſitorij bono/
ris. qui diuitibꝫ ⁊ amatoribꝫ
huius ſeculi pulcherrimꝰ vi
detur. Ezec. xxiij. Sediſti i
lecto pulcherrimo. et menſa
ornata eſt ante te. thimiama
meū ⁊ vngentū meū poſuiſti
ſup eam. ⁊ vox multitudinis
exultantis erat in ea. ⁊c. Ta/
le quid improperat dn̄s di/
uitibꝰ et ambitioſis q̄ lectos
pulchros ⁊ thoros altos ſi/
bi ꝯſtruunt ⁊ gloriant in lon
go ordine menſarū ⁊ in mul
titudine ꝯuiuātiū. nō atten/
dentes ꝙ iuxta ſit dies ꝑditi
onis. iuxta illō. Adhuc eſce
eorū e. in o. ipoꝝ. ⁊ ir. di. aſ. ſu
per e. Job. j. Filijs tuis et fi
liabꝫ veſcētibꝫ ⁊ bibentibꝫ vi
nū in domo fratris ſui ꝓmo
geniti repente ventus vehe/
mens ir. ⁊c. Signant dicit
ꝙ thimiama ⁊ vngentū po/
ſuit ſuper menſaꝫ ſuā. i. vaſa
thimiamatis et vngentorūꝫ
dei. puta thuribula ⁊ calices
⁊ alia vaſa miniſterij altaris
ꝯflata ⁊ in ciphos ⁊ in canta
ros redacta ⁊ cultui dei ſub/
tracta. qđ ſepe contingit. ſi/
cut legit. ij. Machab. iiij. de
menelao qui furatꝰ vaſa au/
rea de templo. ⁊ alios q̄ tem
pli fuiſſe videbant. partē ve
ro vaſoꝝ in tiro vendiderat.
⁊ dedit andronico. Ambitio
eñi diuitū nullū ſacrilegiuꝫ
veret. ſicut patet i balthaſar
Dañ. v. Qui bibebat de va/
ſis templi ⁊ laudabat deos
ſuos. ⁊c. Hic eſt exitus am/
bitionis. et lectus vane glie.
videlicet tribulatio ⁊ angu/
ſtia ⁊ calamitas repentina.
Apo. vj. Ecce ego mittā eā i
lectū. ⁊ qui fornicant cum ea
in tribulatiōe magna erunt
⁊c. Quartꝰ cubiculariꝰ eſt
diabolus. q̄ ponit nobis le/
ctum elationis ⁊ ſupbie. ⁊ ꝑ
ꝯſequens eterne dānatiōis
⁊ miſerie. Job. xvij. Infernꝰ
domus mea eſt ⁊ in tenebris
ſtraui lectulū meum. ⁊c. Le
ctus ſupbie ⁊ elationis quē
ſternit nobis diabolꝰ. ſigna
tus eſt Deutero. iij. in lecto
og regis baſan qui erat fer/
reus ⁊ habebat nouem cubi
tos longitudinis. ⁊ quattu/
or latitudinis. q̄ ſpiritus il/
le ſuperbie ſup nouem ordi
nes angelorū ſe extēdere vo

luit. ꝛ de quattuoꝛ dotibus quas ceteris excellentiꝰ habuit temere ſupbiuit. ſcꝫ de nobilitate nature. de p̄minentia potentie. de ſubtilitate intelligentie. de ꝓprij arbitrij libertate. In quibꝫ etiaꝫ dotibus adhuc imitanꝭ euꝫ omnes qui ex parte illiꝰ ſūt Deniqꝫ ex his quattuoꝛ gratijs. ꝛ dei donis ſurgit omis motus ſupbie et elationis. Non ſufficit diabolo ꝙ vno lecto. quin transferat infirmos ſuos de lecto ad lectū. quod eſt certiſſimum ſignū moꝛtis. quādo ſcꝫ infirmus rogat lectum de loco ad locum frequenter permutari. Transfert enim ſuos egrotos de lecto ſuperbie ad lectum auaricie. De quo. iiij. Regū. j. Hec dicetis domino veſtro. Super lectū quē abſcōdiſti nō de. ſed m. mo. Hoc dicitur de ochozia. qꝺ interp̄tatur retinens auariciam. quia auari difficile cōuertuntur. Item ad lectum diſcoꝛdie. Mat. xxiiij. Erūt duo in lecto vno. vnus aſſumetur. ꝛalter relinquetur. ꝛc̄ Surge ergo ꝛ tolle lectū tuum. Lectus eſt peccatum in quo quieſcit homo cum ī eo delectatur. Surgit cuꝫ peccatū deſerit. Poꝛtat lectum cum peccatū eſt ei oneri qꝺ p̄ius erat delectationi. In domū ſuam vadit. cum bene operando ad vitam eternam pꝛoficit. Quod nob̄ p̄ſtare dignetur. ꝛc̄.

Dn̄ica decimanona.

Videte quomodo caute ambuletis ꝛc̄. Eph. v. Cautis ꝛ ſapientibꝫ ꝑegrinis atqꝫ viatoribus q̄ttuoꝛ ſunt ſūme neceſſaria. ſ. expenſarū neceſſitas. ſocioꝝ fidelitas. collationū iocunditas. reditꝰ celeritas. Vn̄ ꝟſus. Expenſe. ſocij. collatio mutua. feruēs. Ad patriā reditus tibi ſint o caute viatoꝛ. Igit̄ pꝛima cautela boni viatoꝛꝭ eſt viaticū ſecū tollere. ꝛ de expēſis vie cogitare. ne q̄d plus vel minꝰ poꝛtet. ſed qꝺ ſufficit ad neceſſitatē. nō ad ſupfluitateꝫ. Thob. vj. Aſſauerūt carneſ piſcis. ꝛ cetera ſalierunt que ſufficerent vſqꝫ venirent in rages ciuitatem medoꝛum. et cetera. Quod eſt contra ſtultos viatores. qui tantū

ſumunt de viatico. q᷑ magis
efficitur eis pondus vic non
ſubſidiū. Nonne ſtultus eſ/
ſet qui ad tres vel quattuoꝛ
vel ſaltem octo dietas one/
raret ſe expenſis vnius anni
Sic eſt oīmis qui mřas di
uitias congregat in hac vita
ꝛ tamen neſcit ſi cras viuat.
Luce. xij. de illo cuiꝰ vberes
fructus ager attulerat et di/
xit. Anima habes multa bo
na repoſita in annos pluri/
mos ꝛc̄. cui reſponſum eſt.
Stulte hac nocte repetent
animā tuam a te. ꝛ que ꝯgre
gaſti cuius erūt. Ecce q̄ꝫ ſtul
tus viatoꝛ ille fuit Prouidit
enim in expēſis ſibi ad mul/
tos annos. cū non reſtaret
ſibi iter vnius diei. Sꝫ via
toꝛ noſter chꝛiſtus nihil ha/
buit de ſuꝑfluo quin potius
etiā ſepiꝰ caruit neceſſarijs.
oñdēs nobis q᷑ leues ꝛ expe
diti eſſe debent qui ipſum ſe
quunť ꝑ vite pꝛeſentis itine/
ra durioꝛa. Ps̄. Propter ver
ba labio. tuo. ego cuſtodiui
vias duras. Paucis em̄ eſſe
ꝯtentos non ſolum chꝛiſtia
nos docuit. ſed etiam exem/
plo demonſtrauit. Secū
da cautela eſt bonos ſocios
querere ꝛ fideles quibus ſit
coꝛ vnū ꝛ anima vna. nec ab
inuicem recedant ꝓpter ali/
quem euentū tribulationis
vel turbationis. Thobie. ix
Tace noli flere. ſanus eſt fili
us noſter. ſatis em̄ fidel' eſt
vir ille cū quo miſimus euꝫ.
Rari ſunt boni ſocij et fide/
les quod ꝓbatur maxime ꝑ
tria. ꝑ paupertatē. per immi
nens aliquod periculū. et ꝑ
longioꝛis vie ꝓgreſſum. Nā
in via longa pater qñqꝫ deſe
rit filiū. ꝛ filius patrē. et ſepe
cōiurata ſocietas ꝛ fidelitas
violatur Prouerb. xx. Mul
ti vocanť miſericoꝛdes. virū
autem fidelē quis inueniet.
quaſi di. Raro inueniť. Et h̄
contingit ex cauſis diuerſis
Qñqꝫ ꝓpter diſconfoꝛmita/
tem moꝛuꝫ in quibꝫ nullum
ſimbolū cōuenientie habēt
Amos. iij. Nunq̇d ambula/
bunt duo pariter niſi conue
nerit eis. Item ꝓpter diuer/
ſitatem ꝓfeſſionū. ſicut chꝛi
ſtianus ꝛ gentilis vel iudeꝰ.
Epheſ. iiij. Hoc em̄ dico et
teſtificoꝛ in domino vt non
ambuletis ſicut gentes am/
bulant ī vanitate ſenſus ſui
tenebꝛis obſcuratū haben/
tes intellectū. ꝛc̄. Iteꝫ ꝓpter
aliquod notabile viciū. ſicut

eſt furia. vel audacia mala q̄
temeritas dicit̄. De iracun/
dia ⁊ furore dicit̄ Prouerb.
xxij. Noli eſſe amic⁹ homini
iracundo. neq̧ ambules cū̄
viro furioſo. ne forte diſcas
ſemitas eius ⁊ ſumas ſcāda/
lum anime tue. De ſcḋo Ec
cle. viij. Cū̄ audace ne eas in
via. ne forte ḡuet mala ſua ī
te. Ipſe em̄ ſm voluntatē ſu
am vadit. ne ſimul ī ſtulticia
illius pereas. Viator noſter
chriſt⁹ elegit ſibi fideles ſo/
cios ab initio mundi. Gen̄.
vj. Noe vir iuſtus atq̧ perfe
ctus cū̄ deo ambulauit ⁊c̄. ⁊
illud Gen̄. xlviij. Deus in cu
ius cōſpectu ambulauerū̄t
patres mei abraam ⁊ yſaac.
deus qui paſcit me ⁊c̄. Ps̄.
Ambulans in via immacu/
lata ⁊c̄. Tercia cautela eſt
collatio mutue iocunditat̄
⁊ vtilitas. Ex hoc em̄ temp⁹
redimit̄. ⁊ labor itineris alle
uiatur. Et hoc eſt quod h̄ di
citur. Redimentes tempus
q̄niā d. m. ſunt. Glo. id ē. qḋ
minus feciſt̄ in vno tempo/
re. recuperate in alio. Dimidi
antes dies quos impij non
dimidiant. Alij em̄ dimidi/
ant dies. alij implēt. alij nec
incipiunt. i. alij moriū̄tur in

egypto. alij in deſerto. alij in
terra ſancta. Nec mirū̄ ſi mi
nus feciſtis huc uſq̧. qm̄ di.
m. ſunt. id eſt. ī hac vita mul
ta occurrunt impedimenta.
nec poſſunt om̄ia agi p libi/
tu. Qualit̄ autē debeat tem
pus redimi. ⁊ quales collati
ones expediat fieri doc̄ȝ noſ
apoſtolus cū̄ ſubditur. Lo/
quentes vobiſmetipis ī pſal
mis qui ad bonā operatio/
nem cōmouent. ⁊ hymnis q̄
de laudib⁹ dei agunt. ⁊ can/
ticis ſpiritualib̄ que d̄ eter/
no gaudio ſunt. Tales col/
lationes ſunt vtiles ⁊ iocū̄/
de ⁊ deo grate. Ingerit eniȝ
ſe chriſtus huiuſmōi ſermo
nibus ⁊ delectat̄ in ipis Lu
ce. vlti. Qui ſunt hi ſmones
quos cōfertis ad inuicem. et
ibat cū̄ illis. Econtra diabo
lus vadit cū̄ illis qui tractāt
vana ſcurrilia et impudica.
vel qui detrahunt. atq̧ no/
uis rumoribuſ aliq̄d de ſuo
addunt. vel qui litigant di/
ſputando et ɔtendū̄t Mar.
ix. Et venerunt capharnaū̄.
⁊c̄. vſq̧ ibi. Siquideȝ in via
diſputauerant quis eſſet il/
loꝝ maior ⁊c̄. Ecci. xxj. Nar
ratio fatui q̄ſi ſarcina in via.
naȝ in verbis. ⁊c̄. Quarta

cautela eſt.ſe breuiter de via
expedire. et ad patriã tendere
q. iuxta apl'm. Nõ habem9
hic manentē ciuitatem. ſed
futurã inquirim9.2.ij. Cor.
v. Q̃diu ſumus in hoc mor
tali corpe pegrinamur a do
mino. Per fidem em̃ ambu
lamus. nõ p ſpecie. Bene di
cit p fidem. quia ſi magna e
monet nos ad ambulandũ
fortiter. Si vero tepida. ſe/
gniter et inerter. Unde q tã
pigre incedimus, et tam len/
te ad patriã tendimus. tres
poſſumus aſſignare cauſas
Una eſt incredulitas. He/
breo. iiij. Feſtinemus ingre
di in illã requiez. vt ne quis
in idipm incidat incredulita
tis exemplũ. etc. Senſus eſt
q filij iſrl' nõ intrauerũt trã
pmiſſionis. incredulitas il/
lorũ cauſa fuit. quia non cre
diderunt vel deo vel moyſi.
vel exploratoribꝰ ſuis. Sed
p nihilo habuerũt. ter. deſi.
Propter quod tedebat eos
vie et mortui ſunt in deſerto.
Sed nos abiecto increduli
tatis eorũ exemplo feſtine/
mus ingredi in illã requiez.
Item quia exiliũ patriam. et
gẽmas lutũ. et modicũ repu
tãt maxim. Job. xxx. Sub
ſentibus eſſe delicias cõpu/
tabãt. Et Eccs. iiij. Stult9
manus cõplicat etc. vſq ibi.
et dicit. Melior eſt pugillus
cum requie. q̃ plena vtraq
manus cũ dolore et afflictio
ne animi. Item quia nõ cre
dunt ſe diligi a deo. et maxio
deſiderio preſtolari i ſuper/
na hieruſalẽ que eſt mat' no
ſtra. Thobie. x. Ego noui q
pater meus et mater mea mo
do dies cõputant et affligit'
ſpiritus eorũ in ipis. Sed
viator noſter chriſtus exul/
tauit vt gygas ad currendã
viam. Quod nob pre. dig.

## De euangelio.

Mice quo a modo huc intraſti nõ
habens veſtem nupti
alem. etc. Matth. xxij. Circa
eiectum iſtum quattuor no/
tari poſſunt. ſ. veniendi tar/
ditas. coactionis neceſſitas
cultus vilitas. confuſiõis ta
citurnitas. Unde ver. Tar/
dus. compulſus. pannoſus.
mutus. ab aula. Pellit' et te/
nebras vinctus ſubit exteri
ores. Tarditas notatur
in hoc. q cum primis voca/

tus non venit.nec cũ ſecundis.ſed cum cecis ⁊ claudis ⁊ debilibus qui poſtremo venerũt.in quo ſignantur tardi.qui totum vite ſue temp9 male expendunt.⁊ vix tandẽ conuertunt.cum magis ſũt oneri q̃ꝫ honori.quando frequentius contingit eos eſſe in infirmaria. q̃ꝫ in chorali pſalmodia. Job.xxiiij. Morietur in tempeſtate aĩa eorum.⁊ vita illorum inter effeminatos erit. Bene dicit. in tempeſtate.quia tunc incipiunt tuſſire excreare et ructuare.⁊ tantas tempeſtates gemituum ⁊ clamorũ facere ꝙ nemo poteſt ſuſtinere.⁊ vita illorum inter effemiatos qui neſciunt bellare ſed tm̃ garrire. Hec eſt omnis fortitudo illorum. Poeta. O ſola fortes garrulitate ſenes. Job.xix. Derelicta ſunt tantũmodo labia circa dentes meos. Propterea cõſulitur nobis Ecci.v. Non tardes conuerti ad dominum.⁊ ne differas de die in diem.⁊c. Auguſtin9. Nemo tardet venire.ne dum vocatus excuſat.cum voluerit venire non valeat. Matth.xxv. Nouiſſime vero veniunt et relique virgines.dicentes.domine domine aperi nobis.⁊c.

Coactiõis neceſſitas notatur cum dicitur. compelle intrare.quod multis cõtingit. qui nunq̃ꝫ venirent niſi cõpellerent infirmitate.paupertate.⁊ malis ſucceſſibus vite p̄ſentꝫ. Hiere.ij.et nihil habebis proſperum. Criſoſtom9. Illi plerũqꝫ facile ad deum veniunt quos in terrenis actibus proſpera nulla comitãtur ⁊c. Hor actio non eſt aſcribenda ꝟtuti.ſed potius neceſſitati. Nemo eĩ inuitus benefacit.etiã ſi bonum eſt quod facit.ſicut dicit Auguſtin9 in libro cõfeſſionũ. Qui inuite bene facit nequam eſt.⁊ ſibiipſi plus q̃ꝫ aliĳs nocet. Eccli.xiiij. Qui ſibi inuidet nihil eſt illo nequius.⁊ hec eſt redditio malicie illi9.⁊ ſi bene facit.ignoranter ⁊ non volens facit.et in nouiſſimo manifeſtat maliciam ſuam ⁊c. Qd̄ frequẽter contingit in hereticꝫ ⁊ paganis.qui dũ intrare compelluntur.tandem in nouiſſimo manifeſtant maliciam ſuam.⁊ ad perfidiã relabuntur.veruntamen ipi heretici ſunt ad fidem compellendi.

⁊ frequenter vocandi. Gre.
Alij vocant̃ ⁊ venire cõtem/
nunt. alij vocantur ⁊ veniũt.
alij intrare compelluntur.
Vocantur ⁊ venire contem
nunt. qui donũ intellectꝰ ac/
cipiunt. ſed eundẽ intellectũ
operibꝫ non ſectant̃ Vocan
tur ⁊ veniunt qui acceptam
intellectus gratiã operibus
profitent̃. Compelluntur ĩ/
trare quos eccleſia tempora
liter punit. qui cõuerſi ſunt
retrorſum poſtq̃ꝫ poſuerunt
manũ ad aratrũ. Dicit etiaꝫ
Augꝰ. hereticos trahendoſ
eſſe a ſepibꝫ. qꝛ qui ſepes con
ſtruunt. diuiſiones querũt.
Gloſa. ſuꝑ eundem locum.
3 Habitꝰ deformitas nota
tur cũ dicit̃. vidit ibi hoiẽm
non veſtituꝫ veſte nuptiali.
Glo. Unus iſte omnes q̃ ſo
ciati ſunt in malicia intelli/
guntur. Grego. Quid debe
mus intelligere ꝑ veſtem nu
ptialem niſi charitatem. In
trat enim ad nuptias. ſed cũ
veſte nuptiali nõ venit. qui ĩ
ſancta eccleſia aſſiſtens fidẽ
habet. ſed charitatẽ non ha
bet. Recte em̃ charitas veſtꝭ
nuptialis vocatur. quia hãc
ipſe conditor noſter habuit.
dum adꝯſociande ſibi eccle

ſie nuptias venit. Sola q̃ꝑ
pe dilectione dei actũ eſt vt
eius vnigenitꝰ in mentes ele
ctorũ ſibi hominũ veniret.
Unde Paulꝰ. Propter ni/
miã chari. ſu. qua di. nos de
us filiũ ſu. mi. in ſi. car. pecca
ti. Qui ergo ꝑ charitateꝫ ve
nit ad hoĩes. eandẽ chari/
tatem innotuit eſſe veſtẽ nu
ptialeꝫ. Nos ſumus fratres
qui ĩ nuptijs verbi incarna/
ti diſcumbimꝰ qui iam in ec
cleſia habemur. qui ſcriptu/
re ſacre epulis paſcimur. qui
coniunctã deo eccleſiaꝫ eſſe
gaudemus. Ecce rex ad nu/
ptias ingredit̃. ⁊ cordis no/
ſtri habitũ contẽplatur. atq̃ꝫ
ei quẽ charitate veſtitũ non
inuenit. protinꝰ iratus dicit
Amice quõ huc intraſti nõ
habens veſtem nuptialem.
Mirandũ valde eſt fratres
q̃ꝛ hunc ⁊ amicũ vocat et re/
probum. Ac ſi aperte dicat.
amice ⁊ nõ amice. Amice ꝑ fi
dem. ⁊ nõ amice ꝑ operatio/
neꝫ. Huc uſq̃ꝫ ſunt ṽba Gre
go. quibꝫ nihil addendũ pu
taui. Cõfuſionis tacitur/ 4
nitas notat̃ cuꝫ dicit̃. At ille
obmutuit. ſ. tanq̃ꝫ fur vel la/
tro in euidenti ſcelere deꝑ/
henſus. Hiere. ij. Quõ ꝯfun

ditur fur qñ deprehenditur
ſic confuſi ſunt domus iſra
el. Nam iuxta verbum iurſ.
Euidentia patrati ſceleris
non indiget clamore accuſa
tionis Criſoſto. In tempo/
re illo non erit impudentie
interrogandi facultas. cum
omēs angeli ꝛ mundus ipē
teſtis ſit peccatorū. qꝛ quod
dici ſine gemitu nō poteſt. in
illa diſtrictione vltime incre
pationis omne argumentū
ceſſat excuſatōnis. quippe qꝛ
ille foris increpat. qui teſtis
cōſciētie intus animū accu/
ſat. Item alio modo nu/
ptie veſtimentū eſt fides ve/
ra. Unde apl'us ait. Expoli
antes vos veterē hominem
cū ac. ſ. indu. no. ꝛc. q̄ſi. d. Ut
quid chriſtian⁹ es vocatus
cum opera tua nō ſint chri/
ſti. Interrogatio em̄ erit in
cogitationib⁹ impij. Sap. i.
Hunc talē cum viderit de⁹
in eccleſia non habentez q̇c/
q̄z quod reſpondeat ꝯſcien/
tie ſue. tradet eū ſpiritibus
vindicationū. Nam mala ꝑ
miniſtros malos reddit. bo
na ꝑ bonos. ꝛ ſic mittit̄ in ex
teriores tenebras gentiliuz
vel hereticorū vel iudeorū.
Uel exteriores tenebre ſūt
nouiſſime. i. eterna nox dam
nationis. qꝛ interiores tene
bre ſunt cecitas cordis. liga
tis manib⁹ ꝛ pedib⁹ ꝛc. Glo.
Membra que nunc ſponte
ligantur in vicio delectādo.
tunc in ſupplicio ligabūtur
dolendo. Per membra cor/
poris intelligitur veritas re
ſurrectionis. ꝑ fletum et ſtri
dorem dentiuz magnitudo
penaꝝ. a quibus nos defen
dat. qui bene. ꝛc.

## Dñica viceſima.

i Nduite vos armaturā
dei vt poſſitis
ꝛc. Epheſ. vi.

Notandū ꝙ quadruplex eſt
armatura. corporalis. ſ. ꝛ ſpi
ritualis. ſcripturalis ꝛ iudi/
cialis. Unde verſus. Eſt ar
matura manualis. ſpiritua/
lis. Eſt ſcripturalis. et iudi/
cij generalis. Prima igit̄
armatura eſt corpal' ſiue ma
terialis. et per hanc hoſtib⁹
armata manu reſiſtimus et
iniurias noſtras propulſa/
mus. quia vnicuiq̄ȝ vim vi
repellere licet. cum modera/
mine inculpate tutele. ſicut

dicit decretum. Siquidem
in bellis iuſtis et legitimis
arma licet quãdoq; ſumere
ꝛ inimicos debellare. ꝛ ad h̄
arma ſunt inuenta. et quaſi
ab arcendo dicta. Arcentur
enim hoſtes p̱ ea. ꝛ ſicut ſunt
multe inſidie et calliditates
hoſtium. ita multa ac diuer/
ſa ſunt genera armoꝝ. ſm̄
ꝙ pugnamus cominus vel
eminus contra aduerſarioſ
Nam cominus ſunt gladij.
lancee. conti. fuſtes. et cetera
huiuſmodi. Eminus vero
machine. arietes. arcus ba/
liſte. ſicut fieri ſolet in obſidi
onibus. Unde Ezech. xxvj.
Clipeum leuabit contra te.
ꝛ vineas ꝛ arietes tempera/
bit in muros tuos. ꝛ turres
tuos deſtruet in armatura
ſua. Hec armatura cũ ad li/
citos vſus conuertitur. et p̱
fide aut patria defenſãda aſ/
ſumitur. armatura dei con/
gruenter efficitur ꝛ licite ex/
ercetur. ſicut patet in p̄dica/
tiõe cruc; vltra mare. Se
cunda armatura eſt ſpirita/
lis. quia per hanc armamur
in ſpiritu virtutibus et gra/
tijs et diuinis auxilijs cõtra
vicia ꝛ peccata. et contra ho/
ſtes inuiſibiles demones. ſ.
ꝛ eoꝝ temptationes. ꝛ hoc
eſt quod hic dicitur. Indui
te vos armatura dei. Gloſa
id eſt. virtutes vt poſſitiſ ſta/
re firmi aduerſus inſidias
diaboli. quia ex occulto mo/
litur mala. ꝛ neceſſe eſt vt ſte
mus. quia non eſt nobis col
luctatio quaſi vicinum bellũ
et de prope quaſi aduerſus
carnem et ſanguinem tm̄. id
eſt. non contra homĩes qui
viſibiles ꝛ fragiles ſunt. vel
contra vicia tm̄ que ſunt ex
carne ꝛ ſanguine. ſed aduer/
ſus principes. id eſt. demões
qui principãtur alijs ꝛ pre/
ſunt. Unde dic̄ Haymo ſu/
per eundem locum. Certuz
eſt ꝙ excicia irrogant̄ famu/
lis dei a diabolo. ſiue per ſe
ſiue p̱ miniſtros ſuos. cuius al/
titudo grandis eſt. Et vocat
apl's demones rectores mũ
di. quia ipi regũt dilectores
mundi. non ꝙ regant mun/
dum iſtum qui conſtat ex ce
lo ꝛ terra. ſed mundũ pecca/
tores dicit. De quo ĩ alio lo
co. ꝛ mundus eũ non cogno
uit. Q autem hec armatura
ſpiritualit' ſit accipiẽda oſtẽ/
dit apl'us cum ſubdit. Sta
te ergo ſuccincti lũbos men
tis veſtre. id eſt. carnales cõ

cupiſcentias reſtringentes. ⁊ hoc in veritate. non in hypocriſi. ⁊ induite loricã iuſticie. id eſt. iuſticia ſit vobꝭ lorica. calciati pedes in pparatione euangelij. id eſt. vt ſitis parati ad complendũ precepta euangelij. ſumentes ſcutum fidei. galeam ſalutis. et gladiũ ſpiritꝰ. i. quez dat ſpiritusſanctꝰ. Tercia eſt ſcripturalis. ⁊ habet̃ p ſacrã ſcripturaz. que nos armat nũc contra demones. nunc contra hereticos ⁊ quoſlibet ſuperbos philoſophos et inflatos. ſicut dicit apoſtolꝰ. ij. Corith. x. Arma militie noſtre non ſunt carnalia. ſꝫ potentia deo ad deſtructionez inimicorũ. conſilia deſtruentes. ⁊ omnẽ altitudinẽ extollentem ſe aduerſus ſcientiã dei ⁊ in captiuitatem redigẽtem omnẽ intellectum in obſequium chriſti. Gloſa. Omnem altitudinẽ. id eſt. pfunditatem intellectus tam legiſperitorũ q̃ʒ philoſophoꝝ vt ſimꝰ deſtruentes ↄſilia tã demonũ q̃ʒ hominũ extollẽtium ſe aduerſus ſcientiam dei. i. hereticos. ↄtra quorũ altitudinem dicit̃ Roma. xj. Noli altuz ſape. ſed time. ⁊c.

Ambro. In captiuitatẽ omnẽ intellectũ redigimꝰ et captiuos ducimꝰ omes ſupbe intelligentes. dũ xp̃o cõtradicentes vincimꝰ ducentes eos vſqꝫ ad obſequiũ chriſti id eſt. vt fidei chriſtiane cui ante repugnauerũt humilit̃ obediant. Deniqꝫ ſacra ſcriptura eſt turris dauid. De q̃ Cãti. v. Mille clippei dependent ex ea omnis armatura fortiũ. habet enim tela ⁊ iacula contra omẽ genus hominũ ⁊ hoſtiũ. ⁊ maxime cõtra diabolũ. cuiꝰ triplici temptationi dñs ẽplr obuiauit. Math. iiij. Quarta eſt iudicialꝭ. q̃ tũc valde terribilis erit cũ dñs ad iudicandũ venerit. qñ ſeipm ⁊ oẽm creaturã cõtra reprobos armabit. Sap̃. v. Accipiet armaturã zelꝰ illiꝰ. i. furor ⁊ indignatio illiꝰ. Induet p thorace iuſ. ⁊ ac. p ga. iu. cer. ſumet ſcu. inexpu. equi. ⁊c. ⁊ ſequit̃ imediate de armatura creaturarũ et elemẽtariũ ꝓprietatũ. Armabit creaturã ad vltionez ini. ⁊ pugnabit p eo orb trarũ ↄ inſenſatos ⁊c. Glo. Creator oim cuiꝰ arma ſũt ṽitas ⁊ iuſticia ⁊ iudiciũ. p creaturaz ſibi ſbiectã corripit deliq̃ntes. vñ

ſubditur. Ibūt directe emiſſiones fulguruȝ. Directe. id eſt. pro voto dirigentis dei. ſcȝ ⁊ tanꝙ̄ habene laxate. ſcȝ ad impetuoſe currendū curuato arcu nubium. que. ſ. nubes facient ſibi arcuȝ trium phalem quaſi teſtudineȝ ad ſedendū in eis. quia veniet ī nubibus celi cum poteſtate magna et maieſtate. Exterminabuntur ⁊ ad certum locum inſiliēt. id eſt. ī eas partes vbi peccantes extermi/nari ⁊ puniri meruerunt. ſicut diues in lingua. iudas ī effuſione viſcerum. a petroſa ira. que tunc ſeniet in petroſa corda que ſcindi ad penitentiam noluerūt ⁊c̄. vſqꝫ ibi Tanꝙ̄ turbo venti diuidet eos ⁊ ad heremuȝ perducet omnem terrā iniquitatis illorum. i. ad infernum. a quo liberet nos deus.

De euangelio.

# Eri hora

b ſeptima reliq̄t euȝ febris. Johis. iiij Verſus. Sunt ſpecies febris multe. ſȝ quattuor iſto pono loco. Per quaſ bis crimina bina notato Igiẗ prima ſpecies eſt effimera. grece ſic dicta ab effimeron. qđ ſonat feruor vel calor vnius diei vł ab effimera belua marina. que eadeȝ die naſcitur ⁊ moritur. quia paruo tempore durat huiuſmōi febris quia vel per ſeip̄am deficit. vel in aliam ſpeciem cōmutatur. Hec eſt ſup̄bia que a marina belua. hoc eſt. a diabolo nomen ⁊ initiū habet. quia ip̄e eſt rex ſup̄ om̄es filios ſup̄bie. ſicut diciẗ Job xlj. ⁊ Thob. iiij. Superbiaȝ nunꝙ̄ in tuo ſenſu aut ī tuo verbo dominari permittas Ab ip̄a enim ſumpſit initiū om̄is p̄ditio. Hec eſt belua marina. que exiuit vt deuoraret thobiam. Quod exponit Beda de diabolo. ꝙ duȝ chriſtus in cruce lauaret pedes ſuos qui ambulauerāt ſuper terraȝ. venit diabolus querens ſi quid peccati īueniret in eo. ⁊c̄. Et febris illa paruo temp̄e durat ſignat. ꝙ ſuperbi cito corruunt. nec contra deum aliꝙ̄diu ſtare poſſunt. Luc. x. Uidi ſathanā q̄ſi fulgur de celo ca. ⁊c̄ Nihil fulgure velocius et nihil caſu ſup̄borū certi⁹. qđ appa

ret in angelo de celo eiecto. ⁊ de homie a paradyſi deliciis ſub tanta celeritate expulſo. Scda ſpecies dicitur ethica. ab ethis qd ē habitudo. qſi febris coũerſa in habitũ. ⁊ fit qñ calor innaturalis pdñans ɔſumit ſubſtã tialem humiditatẽ vt vix aliud appareat in eis qui hac febre laborant q̃ȝ oſſa ⁊ cutis. Hec eſt inuidia q̃ conſumit humorez gratie. ⁊ pinguedinẽ charitatis fraterne Inuidi em̄ aridi ſunt ⁊ ſicci et humore omis beniuolentie vacui. Propter qd cirpo cõparant ⁊ carecto. Job. viij. Nũquid vireſcere poterit cirp⁹ abſq̧ hũore. aut creſcere carectum ſine aqua ⁊c̄. vſq̧ ibi Ante omẽs herbas areſcit. q̄ſi di. Omibus aliis inuidi nequiores ſunt. ⁊ ſeipos conſumunt. Ecci. xiiij. Qui ſibi inuidet nihil eſt illo nequi⁹. ⁊ hec eſt redditio malicie illius. Ac ſi dicat. Nequicia iuidi talẽ meret retributionez. vt ſeipm̄ deuoret ⁊ cõſumat Poeta. Inuidus in inuidia conſumit intus ⁊ extra. Socrates. Vellem inquit iuuidos oculos in omnib⁹ ciuitatibus habere. vt de omnium felicitatib⁹ torquerent. quia quotquot ſunt feliciuz hominũ gaudia. tot ſunt inuidorum hominũ gemitus ⁊ tormenta. Iuxta illud. Inuidia ſiculi. non inuenere tyranni. Maius tormentũ ⁊c̄.

Tercia ſpecies dicitur febris putrida. quia ex putridis humorib⁹ generatur ad quã maxime diſpoſita eſt cõplexio iuuenum calida ⁊ humida. quãdo exceſſus eſt in humiditate ⁊ calore. Hec eſt luxuria que mag⁹ infeſtat iuuenes q̃ȝ ſenes. Que rite dicitur putrida. q̄a omnia corrumpit. Ps. Corrupti ſunt ⁊ abhomiabiles facti ſũt. ⁊c̄. Propter quod luxurioſi cõparant iumentis putridis ⁊ ſtercoroſis. Johelis. j. Computruerunt iumenta in ſter. ſuo. ⁊c̄. Grego. Iumenta in ſtercore ſuo cõputreſcere eſt homines carnales in fetore luxurie vitã finire. Luxurioſi ſunt porci diaboli morbidi ⁊ ɔtagioſi. Poeta. Sicut grex totus in aruis. vni⁹ ſcabie cadit ⁊ prurigine porci. Sicut enim ſcrophe mutua prurigine ſcabide efficiuntur et tumide. ſic luxurioſi frequẽti cõmaculatione.

ij. Petri. ij. Voluptatem exi
ſtimantes dici delicias coin
quinationis ⁊ macule. deli/
cijs affluentes. ⁊ in cõuiuijs
ſuis luxuriantes vobiſcum
⁊c. Et quanta confuſio eos
ſequatur adiungit dicens.
Contingit autẽ eis illud ve/
ri prouerbij. Canis reuerſ⁹
ad vomitum ⁊ ſus lota ĩ vo/
lutabro luti. Fedum enim
⁊ putridũ eſt. ſemꝑ eſſe dedi
tum vicio carnis ⁊ volutari
luxurie volutabris. Dũ qui
dam ſtoycus diceret audien
te pitagora. Malle ſe cũ mu
lieribus eſſe ꝙ̃ cum philoſo
phis cõuerſari. Et ſus liben
tius inquit in ceno ꝙ̃ ĩ aqua
conuerſatur pura. Quar/
ta ſpecies febris dicit̃ acuta
quaſi multũ vrens ⁊ violen/
ta. q̃ ſi moroſa fuerit nec ſu/
dor vel vomitus vel nariuꝫ
ſanguinatio ei ſuperuenerit
morteꝫ inducit. Hec eſt aua
ricia que valde acuta eſt ⁊ ſu
pra modum ſubtilis in reb⁹
temporalibuſ acquirendis.
Quis enim enumerare va/
leat fraudes et verſucias et
circũuentiones feneratorũ
⁊ negociatorum ſeculi hui⁹.
Ps. Mendaces filij homi/
nũ in ſtateris. ⁊c. Amos. viij
Quando tranſibit meſſis ve
nundabimus merces ⁊ ſab/
batum. ⁊ aperiemus frumẽ/
tum. vt imminuamus men
ſuram. ⁊ augeamus ſiclum ⁊
ſupponamus ſtateras dolo/
ſas ⁊c. Poſſumus igitur
dicere ꝙ febris effimera eſt
ſuperbia. De qua Act. xxviij
Contigit autem patrẽ pub/
lij febribus ⁊ diſſenteria ve/
xatum iacere. Febris ethi/
ca eſt inuidia. Deute. xxviij.
Percutiat te dominus ege/
ſtate febri frigore et ardore.
⁊c. Febris putrida eſt luxu/
ria. ⁊ maxime prelatorum et
perſonarum eccleſiaſticarũ.
De qua Luce. iiij. Socrus
autem Petri tenebatur ma
gnis febrib⁹. ⁊c. Febrꝭ acu/
ta eſt auaricia. De qua h di/
citur. hora ſeptima reliquit
eum febris. Gloſa. in figura
ſanctiſpiritus ſeptiformis ĩ
quo omĩs ſalus conſiſtit. re
liquit eum febris hora ſepti
ma. Quod nobis pſtare di/
gnetur pater ⁊ filius ⁊ ſpiri/
tuſſanctus. Amen.

Dñica viceſimaprima.

**Onfidim⁹**
c in domio iesu. quia

qui cepit in vobis opus bo/num perficiet vſq̃ in diem chriſti ieſu. ꝛc. ad Philip. j. Iſtud verbum apoſtoli va/let pro nouicijs qui incipiũt bona opera vt perficiãt ea. Sunt autem quattuor gra dus perfectionis eoꝝ quos habes per hos verſus. Si fieri perfectus amas. poſſeſ/ſa relinque. Diſce ſubeſſe iu go. luxum fuge. ſobrius eſto

Igitur primus grad⁹ eſt paupertas vt homo vendat ſua et det pauperibus. Ad quod ſufficit bona volũtas. ſi non ſuppetat facultas. De hac perfectione nouicioꝝ chriſto famulari volentium dicitur Matth. xix. Si vis perfectus eſſe vade et vende omnia que habes ꝛ da pau/peribus. ꝛ habebis theſau/rũ in celo. ꝛ veni ſequere me. Quod proprium eſt apoſto lorum ꝛ religioſorum q̃ cru cem ſuaꝫ quotidie poſt chri/ſtum baiulant et proprieta/tes atq̃ poſſeſſiones rerum temporalium abdicant. Ta les magnam confidentiam habere poterũt. quia ipſi cũ chriſto iudicabunt. Math. xix. Vos qui reliquiſtiſ om/nia ꝛc. vſq̃ ibi, ſedebitis ſup ſedes iudicantes duode. ꝛc. Gloſa. Qui reliquerũt om/nia et ſecuti ſunt dominum. hi iudices erunt. Qui vero licita habẽtes ꝛ recte vſi ſũt. hi iudicabuntur. ꝛ hoc eſt ꝑ/pter maximam conformita/tem quaꝫ habent pauperes cum chriſto. De qua. ij. Co/rinth. viij. Qui propter nos egenus factus eſt ꝛc. Gloſa. Qui ita omnibus renunci/at vt egeat. maxime chriſto ſe conformat.

Secũdus gradus eſt obedientia. q̃ re/uera multo altior eſt primo. quia dicit Grego. Et fortaſ ſe difficile non eſt relinque/re quod habes. valde auteꝫ difficile eſt relinquere quod es. hoc eſt. teipm in manib⁹ prelati ponere. ꝛ ꝓprie volun tati renunciare. Iſte grad⁹ tam altus eſt. vt ſine ipo nec thura. nec p̃ces. nec victime. quicq̃ valeant ante deum. ſi cut dixit Samuel ad ſaul. j. Regum. xv. Melior eſt obe diẽtia q̃ victime. ꝛc. vſq̃ ibi. Quoniam quaſi ariolandi ſcelus eſt nolle acquieſcere. Non poterat propheta ma/ius ac deteſtabilius pecca/tum inuenire cui compara/ret inobedientiam. Quia

nunq̄ ꝑ aliquo crimīe tam grauiter puniti ſūt filij iſrael ſicut ꝑ ydolatria. Inobedientia diabolū de celo ꝛ hominem de paradyſo eiecit. Sed chriſtꝰ magnā nobis fiduciam exaltationis ꝑ ſuā obedientiā tribuit. Vñ glo. ſuꝑ illud Phil. ij. Xp̄s factꝰ eſt ꝑ nobis ob. Augꝰ. O q̄nta humilitas. humiliauit ſe chriſtus vſq ad incarnationem. vſq ad infirmitatꝫ humane participatōnē. vſq ad diaboli tentationē. vſq ad populi irriſionē. vſq ad ſputa alapas ꝛ flagella. ꝛ nouiſſime vſq ad ignominioſe crucis tormenta. Ecce habemꝰ humilitatꝫ et obedientie xp̄i exemplū. ſuꝑbie ꝛ inobedientie medicamentū. Quid ergo intumeſcꝫ o homo. O pellis miſera quid tenderis O ſanies fetida quid inflaris. Confidunt ergo in domino obedientes. quia propter hoc illū dominꝰ exaltauit ꝛ dedit illi nomen quod eſt ſuꝑ omne nomē. Tercius gradus eſt caſtitas ad quā ex voto tenenť religioſi ꝑfecti. vt ſint de cetero continentes. quia caſtitas multꝫ modis diciť. ſicut patet ex illa gloſa ſuꝑ illo verbo. Deſpondi vos vni viro vir. ca. ex. chriſto. ij. Corinth. xj. Auguſtinꝰ in lib. queſtionū. Attende q̄ a plurali ad ſingulare deſcēdit. volens intelligi totam eccleſiā virginē eſſe. ꝛ in omnibꝫ veris membris virginitatem mentꝫ. ꝛ ſi non integritatē corporꝫ ſeruauerunt. Virginitas carnis corpus eſt intactū. que virginitas paucoꝝ eſt. Virginitas mentis fides eſt incorrupta que virginitas omniū eſt fidelium. Unde in Apoc. xiiij Hi ſunt qui cū mulieribus nō ſunt coinq̄nati. virgines enim ſunt. In mulieribꝫ errorem ſignificauit. qꝛ error ꝑ mulierē cepit. Ideo ergo ſingulariter dixit. virginem. qꝛ omnes vna ſunt virgo. ꝑpter vnitatem integre fidei. ſolide ſpei. ſincere charitatꝫ. ꝛc̄. Que licet ita ſint. ꝑfectionis tamen gradū potiſſime attingūt ille ꝑſone que emiſerunt votū continentie. vel ſunt penitꝰ incorrupte. quia vt diciť Sap. viij. Incorruptio proximū facit eſſe deo. ibi Glo. Ad hanc ꝑfectionē nemo venit niſi quē diuina gratia ſubuehit. qꝛ om̄e da/

tum optimū. ⁊ om̄e donū ꝑ/
fectū deſurſum eſt deſcēdēs
Confidāt ḡ tales ⁊ inceptū
cōpleant. Quartus eſt ſo
brietas que tꝑantia dicit̃. or
namentū omniū religioſoꝝ
vt ſint ſobrij. nō ſolū in cibis
⁊ potibꝫ. ſed verbis. moribꝰ.
ſtudijs ⁊ doctrinis. ſicut do
cet apl's Roma. xij. Non plꝰ
ſapere q̄z oportet ſape. ſed ſa
pere ad ſob. Glo. Plus ſapit
q̄z oportet ſape. q̄ ſuis ſe cre/
dit meritꝫ ſaluari. Ad ſobrie
tatē ſapit q̄ meritorū ſuoruz
confidentiā non habet. Vel
aliter Non plus ſape. i. intel
ligere de myſterijs diuinis
q̄z oꝫ ſape. ſꝫ ſapere ad ſobri
etatem. i. ad tꝑantiā. ſiue tem
peranter ſine preſumptione
Quod preceptū tranſgredi
untur heretici. De hac virtu
te dicit̃ Sap̄. viij. Sobrie/
tatem ⁊ prudentiaꝫ docet. ⁊
iuſticiam ⁊ virtutē ⁊c̄. Gloſa
Qui ſobrius eſt. tēperās eſt.
prudens eſt. fortis et iuſtus
eſt. quid illi deeſt. Has ꝟtu/
tes nemo vnq̄z ſimul habu/
it. niſi cui oīum origo ꝟtutū
deus contulit quocūq̄z tēpo
re. quacunq̄z lege. quacunq̄z
gente. Habeant ergo confi/
dentiā incipiētes bona oꝑa.
quia deꝰ ꝑficiat ea. Glo. Co
operando deus ꝑficit qđ o/
perando incipit. q2 ipe vt ve
limus operat̃ incipiens. qui
volentibꝫ cooperat̃ ꝑficiens
Grego. Bonū ergo opꝰ no
bis in voluntate ſit. nā ex di
uino adiutorio erit in perfe/
ctione. Qđ no. ꝓſta. ⁊c̄.

De euangelio.

ſ Erue ne
quā omne debi
tum dimiſi tibi.
qm̄ rogaſti me. ⁊c̄. Matth.
xviij. Debemꝰ peccantibꝫ in
nos dimittere debita. ꝓpter
diuine legis adimpletionē.
virtutis exercitationē. my/
ſterij rationē. ⁊ pacis conſer
nationem. Unde ꝟſus. Lex
virtuſ. ratio. pax. q̄ttuor iſta
remitti. In nos peccanti ꝑ/
ſuadent debita fratri. Di
uine legis preceptum eſt. di/
mittere offenſas fratribus.
Cum enim dicat dominus
Mat. v. Diligite inimicos
ve. ⁊c̄. conſtat q̄ ipos dilige/
re non poſſumꝰ manēte ob/
ſtaculo odij vel rancoris. qđ
inductum eſt nobis ratione
offenſe vel leſiōis. Quo ꝑ di
lectionem dei et proximi re/

moto.poſſum⁹ diligere ini/
micos ⁊ offenſas eoꝝ dimit
tere quantūcū graues.q̄a
quo plus diligim⁹ eo plus
portam⁹. Propter quod di/
cit apl's Roma.xiij. Et ſi qđ
eſt aliud mandatū.in h ꝟbo
inſtaurat᷑.diliges ꝓximū tu/
um ſicut teipm. Qui em̄ dili
git proximū. legē impleuit.
Glo. Nota ꝙ duo ſunt pre/
cepta charitat; in quib tota
lex dependet et ꝓphete. pro
vtroq hic vnū ponit᷑.nec im
merito.q2 nec deus ſine ꝓxi/
mo.nec proxim⁹ ſine deo di
ligi poteſt. Hec aūt dilectio
ꝓximi idō cōmemoratur.q̄a
dilectio proximi in fact; ap/
paret.dilectio vero dei am
plius latet.tn̄ vnū ſepe ꝑ al/
2 tero ponit᷑. Itē ꝓpter ꝟtu/
tem animi. Nā alicui⁹ ꝟtuo/
ſi animi eſt remittere iniuri/
as ⁊ eſſe piū ⁊ clementē.tunc
em̄ exercitat᷑ virt⁹ hois.cum
ꝑdonat᷑ offenſa delinq̄ntis.
qn̄ anim⁹ iniurijs nō fran/
gitur.ſed econtra beneficijs
ſolidat᷑. Vn̄ Ambro.in ſmo
ne. Surgens ieſus de ſy.⁊c̄
Vide inq̄t clemētiā dn̄i ſal/
uatoris.nec indignatiōe cō/
mot⁹.nec ſcelere offenſ⁹.nec
iniuria violat⁹ iudea3 deſe/
ruit.q̄n etiā immemor iniurie
memor clementie. nunc do
cendo. nūc liberādo plebis
corda demulc3.⁊c̄. Hec erat
virt⁹ ⁊ clemētia dauid regis
in veteri lege.qui remiſit of
fēſas ſaul ⁊ ſemey ⁊ abſalon.
⁊ alioꝝ inimicoꝝ ſuoꝝ.ſicut
dicit in Ps̄. Si reddidi re/
tribuentib mi.ma.⁊c̄. Hoc
idem legit᷑ in cronic; de tyto
ꝙ nulli⁹ rei obliuio tam faci
le ſibi inducebat᷑. ſicut obli/
uio iniuriaꝝ. Nā cōſpirato/
res mortis ſue dep̄henſos ⁊
cōuictos in gratiā recepit.⁊
tam familiarē ſe eis in poſte
rū exhibuit ꝙ om̄es virtutē
clemētie animi ſui mirarent᷑
Erat ecōtra ſeru⁹ ille nequā
⁊ dur⁹ q̄ ſtatim irruit in con
ſeruū ſuū ⁊ tenēs ſuffocauit
eum.in hoc exprimēs crude
litatem q̄rundā ſup̄ioꝝ.qui
proni ſunt ad furias et tor/
menta.qđ vti egri et infir/
mi animi eſt. Unde Poeta.
Tūc felix q̄tiens aliq̄s torto
re vocato. Urit᷑ ardenti pro
pter duo linthea ferro.
Item ꝓpter myſticā nume 3
ri rationē. Nā vn⁹ debebat
decē milia talenta. alter cen
tū denarios. Aug⁹. Diligen
ter interroga iſtius numeri

ſecretũ.latebraſq̄ eiꝰ inq̄ri/
re. Juſticia lege conſtat.lex
in decē preceptis cōmenda
tur. Debebat igitur vnus decē
milia talentoꝝ in quo oīa
peccata ſignant̄ ꝓpter nume
rũ legis. Debebat alter deci
es decē denarios. ab eodem
numero debitũ ſuũ trahēs.
nã cencies centũ. decem mi/
lia ſunt. ꝛ decies decem ſunt
centũ. Lex denarius. pecca
tũ vndenarius eſt. Lex ꝑ de
cem. peccatũ ꝑ vndecim ac/
cipitur. qꝛ tranſgreſſio dena
rij eſt. Jn lege modus fixus
eſt. tranſgreſſus es legē pec/
caſti. Sꝫ ſicut magna ē dif/
ferentia inter decēz milia ta
lentoꝝ ꝛ centenariũ denari/
orũ. ſic maxima eſt differētia
peccare in deuꝫ ꝛ peccare in
hoīem. ſm̄ illud. j. Reguꝫ. ij.
Si peccauerit vir in viruꝫ.
placari ei poterit deus. Si
aũt in deũ peccauerit vir q̄s
orabit ꝓ eo. Attamē deꝰ faci
lius remittit multa ꝛ maxīa
delicta. q̄ꝫ hō paruula ꝛ pau
ca. Cũ em̄ peccamꝰ in deum
nōne peccamꝰ in deũ patrē
creatorē ꝛ regē dn̄m nr̄m a
q̄ oīa habemꝰ. Cũ ꝟo ī hoīeꝫ
nōne in ꝯſuũ nr̄m vilē ꝛ iuti
lē nec pane dignũ. ꝛ ille talis
irã reſuat ꝛ vindictã expetit.
Ecci. xxviij. Hō hoī reſuat
irã. ꝛ a deo q̄rit medelã. Jn
hoīem ſilem ſibi nō hꝫ miſe
ricordiã. ꝛ ꝓ pctīs ſuis dep/
cabit̄. ꝛ ipe cum caro ſit ꝛc̄.

Jtē ꝓpter pacꝭ ꝯſuatiōeꝫ.
nã q̄ diſcordias fouēt et ini/
micicias nutriũt nō ſũt filij
dei. De q̄bꝫ dꝛ Mat. v. Bea
ti pacifici q̄m̄ filij dei vo. q̄n
potiꝰ filij diaboli. De quibꝫ
Prouer. xvij. Sꝑ iurgia q̄/
rit malꝰ. ꝛ angelꝰ crudel̄ mit
tet̄ ꝯtra eũ. Glo. Angelꝰ cru
del̄. ſpũs malignꝰ ē. q̄ a dn̄o
mittit̄ cōtra pctōres vt affli/
gat eos tam in pn̄ti q̄ꝫ in fu/
turo ſicut olim ad affligen/
dos egyptios ꝑ immiſſiōes
per angelos malos. Et que
peior immiſſio q̄ꝫ cordis in/
duratio ꝛ culparũ retentio.
Qui hoc vicio laborat meri
to vir egyptius vocari pote
rit q̄ in tenebrꝭ manet. j. Jo.
ij. Qui odit fratrē ſuũ in te/
ne. eſt ꝛ in tene. ambu. ꝛ neſ.
quo va. ꝛc̄. Sicut olim egy/
ptij in tenebris ambulabãt
ꝛ nemo vidit fratrem ſuum
per triduum. Jſte egyptiuſ
rancor eſt. quem Moyſes
id eſt. mitis aliquis pacificꝰ
ꝛ benignus gladio charitatꝭ

4

interficit ⁊ ſub zabulo obli/
uionis ſepelit et abſcondit.
Timeant rancoroſi ne ora/
tio eorũ fiat in peccatũ quo/
tiens dicunt illũ articulum
Dimitte nob pr̄ debita nr̄a
ſicut et nos dimittim⁹ debi/
toribꝫ noſtris. Timeant cer
te ne in priſtinã obligationẽ
decẽ miliũ talentoruꝫ reuo/
cent᷑. Aug⁹. Nemo contra ſe
teneat nõ ignoſcendo. ne cõ/
tra ipm teneat᷑ quando orat
Dicit em̄ dominuſ. Dimitti
te ⁊ dimittetur vobis. Si ẽ
prius dimiſi. dimitte ⁊ tu vl̄
poſtea Nam ſi nõ dimiſeris
reuocabo te. ⁊ quicq̄d dimi/
ſeram replicabo tibi. nõ em̄
mentitur veritas.

Dñica viceſima ſecũda.

# Noſtra au

tez conuerſatio in
celis eſt ⁊c̄. Phil. iij
Premiſit ap̄lus de his qui
terrena ſapiunt et in t᷑renis
deſiderijs conuerſantur. q̄s
deteſtans per hanc expleti/
uam coniunctionem. aũt. di
cit. Noſtra autem conuerſa
tio in celis eſt. Et hoc ꝓpter
multas ꝑrogatiuas celeſtis
conuerſationis. Unde ꝓſus
Conuerſemur ibi. pax ẽ vbi
ſumma ꝑhennis. Uita. pa/
rata quies. locus ingens et
deus hoſpes. Igit᷑ prima
dignitas eſt pax ſumma ⁊ ſe
curitas. Jſa. xxxij. Sedebit
populus meus in pulchritu
dine pacis et in tabernacul̄
fiducie ⁊ in requie opulenta
Hec eſt hieruſalẽ ſuperna q̄
edificatur quotidie vt ciui/
tas. ⁊ interp̄tatur viſio pacꝭ
eo ꝙ rex ei⁹ ſit p̄nceps pacis
⁊ pp̄lus ei⁹ pacificus. q̄a ſ᷑m
nomen eius ita et laus eius
Ecci. x. Scõm iudiceꝫ pp̄li.
ſic ⁊ miniſtri ei⁹. ⁊ q̄lis rector
ciuitatꝭ. tales ⁊ inhabitãtes
in ea. Quod exponit glo. de
xp̄o ⁊ ap̄lis. ⁊ eoꝝ imitatori/
bus. Dicit᷑ aũt illa pax ſum/
ma. qꝛ in ſummo eſt poſita.
id eſt. ĩ deo. Phil. iiij. Et pax
dei que exuperat omnẽ ſen/
ſum ⁊c̄. Gloſa. i. deus qui eſt
ſumma pax que nec cogita/
ri poteſt. ⁊ ideo extra eũ nul
lo opus eſt. Jn hac pace no
bis conuerſandum eſt. Ps̄.
Jn pace in idip̄m. dor. et re
quieſcam. Secunda di/
gnitas ẽ vita p̄ennis. que re/
uera nuſq̄ꝫ alibi inuenitur.
eo ꝙ celũ ſit terra viuentiuꝫ

⁊ patria ꝑmanentiū. quia ni
hil ꝑmanet ſub ſole. et hic ali
qñ deficiet. Eccl. xvij. Quid
lucidius ſole. et hic deficiet.
ſibi vero oīa viuunt ⁊ ꝑma
nent nec deficient. Ps. Por
tio mea dñe ſit in terra viuē
tium. Apocal. xxj. Mors vl
tra non erit. Sed neqꝫ ſyn/
thomata mortis. videlicꝫ lu
ctus clamor ⁊ dolor que pri
ma abierūt. ſ. cū angelis pec
cantibꝫ in abyſſum. ⁊ cū pro
thoplaſtis inobedientibꝫ in
ſepulchꝛuꝫ. ⁊ in terre gremi/
uꝫ. Omēs enim morimur ⁊
⁊ q̄ſi aqua ī terrā dilabimur
⁊c. ij. Regum. xiiij. ⁊ Jac. iiij.
Que eſt vita noſtra. vapor ē
ad modicū parens. quaſi di.
Subito tranſit vita p̄ſens
ad modū vaporis qui totuſ
eſt in tranſitione aeris et ni/
hil in refectione corꝑis. De
mutabilitate vite hūane di/
citur. Eccl. xviij. A mane vſ/
qꝫ in veſperū immutabitur
temp⁹. ⁊ hec omnia citata in
oculis di. Gloſa. Uer. eſtas
autumn⁹. hyems dies ⁊ nox
nunq̄ꝫ requieſcūt. ⁊tñ eterni
tati cōparata cito tranſeunt
⁊ omnia corā oculis domini
certo fine claudunt̄. ip̄e autē
idem eſt ⁊ anni eius nō defi
cient. Conuerſandum̄ eſt er
go in celis vbi eſt vita ꝑhen/
nis. o ſi tm̄ laborarēt homi/
nes pro vita eterna. ſicut fa/
ciunt pro terrena ⁊ tranſito/
ria. q̄ꝫ felici fine ꝯſequerēt̄ il/
lum qui de ſe dicit Jo. xiiij.
Ego ſum via veritas ⁊ vita.
⁊c. Tercia dignitas eſt q̄/
es p̄parata. Math. xxv. Ue
nite benedicti patris mei ⁊c
vſqꝫ ibi. quod vobis paratū
eſt a ꝯſtitutione mūdi. Lon
ga p̄paratio ſignat om̄imo/
dam requiem illā in patria.
vbi nihil deeſt timentibꝫ eū
poſt tribulationes ⁊ lachry/
mas vite p̄ſentis. Jſaie. xiiij.
Et erit in die illa cū requieꝫ
dederit tibi deus a labore
tuo. ⁊ a concuſſione tūa. et a
ſeruitute dura qua ante ſer/
uiſti ſumes parabolā iſtam
contra regem babylonis et
dices. Quomō ceſſauit exa/
ctor. quieuit tributū. Cōtri/
uit domin⁹ baculū impiorū
virgam dominantiū ⁊c. Hic
ponunt̄ quattuor ꝑturbati/
ones terrene cōuerſationis
a quibꝫ vix aliquis eſt exem/
ptus. Exactores ſunt. qui a
pauꝑibꝫ hoc qđ habēt et pl⁹
q̄ꝫ habeāt violēt̄ exigūt. Tri
butarij ⁊ qui tributis p̄ſunt.

aliqualē iuſticiā ꝓtendunt. ⁊ ꝓtextum. ſed ſub hoc ꝓtextu multos ledunt et ꝑturbant. Nomīe baculi intelliguntur officiales ⁊ baliui qui ꝑcutiunt pugno impie ⁊ cum tormentis exigūt. Virge dominantiū ſunt qui ꝑ potentiaꝫ nos opprimunt. iij. Regū. xij. de roboam ꝙ reſpondit populo. Pater meꝰ cecidit vos flagellis. ego cedā vos ſcorpionibꝰ. talis eſt cōuerſatio in hoc mundo. ſed nequaꝙ̄ in celo. Iſa. lviij. Requiē dabit tibi dominꝰ deꝰ ſp̄ ⁊ implebit ſplendoribꝰ anīam tuā. ⁊ oſ. t. liberabit. Ecce requies corporis ⁊ anīe. Quarta dignitas eſt loci amplitudo ꝙ̄ poſſit omnes dei electos capere. vt nemo ſit ibi compreſſus ⁊ coartatuſ. Baruch. iij. O iſrael ꝙ̄ magna eſt domꝰ dei ⁊ ingens locus poſſeſſionis eius. magnꝰ ⁊ nō habēs finem. excelſus ⁊ immenſus Quod eſt ꝯtra pueriles ſenſus habentes ⁊ dicētes. vtinā merear ibi ſedere ī angulo aliꝗ. Ubi enim finis non eſt. neqꝫ angulus erit. Que dei manſio beata. ſicut ē ampla. ita ⁊ pulchra. Nu. xxiiij. O ꝙ̄ pulchra tabernacl'a tua iacob. et tentoria tua. vt valles nemoroſe. ⁊c̄. Iteꝫ bene ſita et ordinata. Iſa. ij. Erit mons domꝰ domini in vertice montiū et ele. ſup col. ⁊c̄. Itē mūda Thobie. xiij. Porte hieruſalem ex ſaphiro et ſmaragdo edificabūtur. ⁊c̄. vſqꝫ ibi. Ex lapide mundo ⁊ candido omnes platee eius ſternentur. Item ſctā. Pš. Sanctificauit tabernaculum ſuū altiſſimꝰ. Item leta ⁊ iocūda Thob. xiij. Per omnes vicos tuos all'a cantabitur. Item ſecura. Iſaie. iiij. Sup omnē gloriam protectio. ⁊ tabernaculum erit in vmbraculū diei ab eſtu. in ſecuritatem ⁊ in abſconſioneꝫ a turbine ⁊ a pluuia. Ab eſtu diei iudicij. quia ignis ante ipm ꝓcedꝫ. A turbine ſentētie. qua turbabuntur impij. A pluuia penaꝝ. quādo pluet ſuper eos laqueos ignis. ⁊c̄. Sed nihil talium timebunt quoruꝫ conuerſatio in celis eſt. Pš. Non cōmouebitur in eternuꝫ qui habitat in hieruſalē. vbi eſt ille ſplendidiſſimꝰ hoſpes ieſus chriſtus. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculoꝝ.

De euangelio.

Oſtendite mihi numiſma cẽ/
ſus. at illi obtulerũt
ei denarium Matthei. xxij.
Vult domin⁹ videre dena/
rium ꝓ quo daturus eſt re/
gnũ celoꝛũ. ſ. ſi valeat. et ſi ſit
bonus. Unde ꝟſus. Quat/
tuoꝛ in nũmi ſunt attenden/
da valoꝛe. Materie bõitas
impꝛeſſio foꝛmula pondus.
Per denarium intelligitur
homo. Igitur pꝛima con
ſideratio in denario eſt. ꝙ ſit
de bona materia. puta auro
vel argento. Aurum ꝑtinet
ad animã. argẽtũ ad coꝛp⁹.
vtrũqꝫ bona materia eſt. q̃a
homo ad ſimilitudinez dei
fact⁹ eſt tam in coꝛꝑe q̃ꝫ ĩ ani
ma. ſicut patet ex diſpoſitõe
coꝛpoꝛis. Taceo de aĩa in/
terim. nullum enim animal
tam habilem diſpoſitionem
habet ⁊ deifoꝛmem ſicut ho
mo. Iuxta illud poeticum.
Pꝛonaqꝫ cum terram ſpe/
ctent animalia cuncta. Os
homini ſublime dedit celũ/
qꝫ videre. Iuſſit ⁊ erectoſ ad
ſydera tollere vultus. Un/
de cum quereretur a quodã
philoſopho. ad quid creat⁹
eſſet. Reſpondit. vt contem
pler celũ ⁊ celi numina. Iſta
moneta cucurrit in ꝑncipio
tempoꝛũ quando erant ſecu
la aurea. quãdo fides ⁊ veri
tas. iuſticia ⁊ pax erant ĩ ter/
ra. Sed nunc abolita eſt in
noſtris tempoꝛibus et ꝑra/
ra. Iſaie. xiij. Pꝛecioſioꝛ erit
vir auro. et homo mũdo ob
riſo. ſuꝑ. viro fideli et homi/
ni iuſto. Diabolus eñ tanq̃
falſarius ⁊ impoſtoꝛ deſtru/
cta moneta aurea ⁊ argẽtea.
facit currere quaſi per vni/
uerſum mundum. ferream.
plumbeam et ſtanneam. E/
zechielis. xxij. Omẽs iſti es
⁊ ſtannum ⁊ ferrum ⁊ plum/
bum in medio foꝛnacis ⁊c̃.

Secunda conſideratio ẽ
vt habeat impꝛeſſionem di/
ſcretiuã. ſcꝫ vt poſſit diſcer/
ni cuius ſit imago et ſuꝑſcri
ptio ꝙ ſpecialit̃ pertinet ad
animam. que ad imaginem
et ſimilitudinem dei creata
eſt. quia dei imago eſt in eſ/
ſentia eius ⁊ ratione. et quia
ſpiritus rationalis eſt vt de
us. Siĩtudo vero dei eſt in
ꝟtutibꝫ. qꝛ bona ⁊ iuſta ⁊ ſa/
piens. Cum imagine ꝑtran/
ſit homo. quia caracter ille
indelebil̃ eſt. ⁊ poꝛtat eũ ſecũ
etiã peccans. Similitudine

vero priuat̃ ſepe. Factus ē homo ad imaginē quantuꝫ ad naturalia. Ad ſimilitudinem vero q̄ntū ad gratuita. Dicit̃ etiā alio modo aīa ad imaginem et ſimilitudinem dei creata. videlicet ſm mentem. Unde Aug⁹. Mens ē eorum que ſunt in aīa ſublimioꝛ habens imagineꝫ in potentia cognoſcendi. ꝛ ſiſi/tudinē in potentia diligēdi. Cognitio ergo ꝛ dilectio ſūt impreſſio iſti⁹ denarij. quem deus a nobis exigit demonſtrari. Glo. Queādmodū ceſar exigit impſſionem imaginis ſue. ſic ꝛ deus. vt queādmodū illi reddit̃ numm⁹. ſic deo aīa lumine vultus ſui illuſtrata atq; figurata. Un̄ Ps̄. Signatum eſt ſup nos lumen vult⁹ tui dn̄e ꝛc̄. Hoc quippe lumen totū eſt hominis ſolū ꝛ veruꝫ bonum. qđ non oculis carnis. ſed mente conſpicit̃. Uult ergo deuſ videre numū noſtrū. vt conſideret vtrum ibi ſit imago ſua. vel beſtie. ꝛ caract̃ pſeudoꝓphete. Apoc̄. xiij. Tercia cōſideratio eſt formula. ꝙ ſit rotunda ꝛ circular̃. qđ ad eternitatē glorie ſanctoꝝ pertinet. vt cogitet homo ꝙ ad eternā gloriā creatus eſt. ꝛ ꝙ a deo exiuit ꝛ ad deū reuertitur. ſi ꝯditionis ſue originem bonis operib⁹ exequatur. Eccēs. xij. Ibit homo ī domū eternitatis ſue ꝛc̄. vſq; ibi. ꝛ ſpirit⁹ redeat ad dominū qui dedit illum. Nota ꝙ forma ſperica ꝛ circular̃ cūctis alijs durabilioꝛ eſt. q2 ī ſeipām redit ꝛ nihil offenſionis habet. ſicut patet in coꝛporib⁹ ſupceleſtib⁹. i. ſole. luna ꝛ ſtellis q̄ ſolidiſſima ſūt ꝛ ſeipā reciprocantia ꝛ congirantia. Eccēs. j. In circuitu pergit ſpirit⁹ ꝛ in circulos reuertit̃. ꝛc̄. Quod licet de ſole materiali intelligit̃. poteſt tamen accipi de bonis et iuſtis hominib⁹ qui ſtudēt virtutū ꝛ gratiarū pfectioni. circulū vite pſentis nulla prauoꝝ operū interpolatione diſſecantes. q̄ſi denariū ſuū decruſtātes. ij. Coꝛinth. vij. Cariſſimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis et ſpiritus. perficientes ſanctificatōnē in timoꝛe dei ꝛc̄. Denarius qui non eſt integer. ſed decruſtatus vndiq; per circulum. non eſt receptibilis. Quis ſit argenteuſ. niſi iterum conſletur et ſecū/

dario reformet. Sic homi/
nes imꝑfecti non ſunt rece/
ptibiles in ciuitate domini.
niſi conflent denuo in pur/
gatorio. et in debitos circu/
los malleis ꝑcuſſorū demo
num reducant. Siquidem
dominus talibus dicturus
eſt illud Job. iiij. Ubi ē nūc
timor tuus ꝛ fortitudo tua.
ꝛ patientia tua. ꝛ ꝑfectio via
rum tuarū. Quarta conſi
deratio eſt vt denarius ſit
ponderoſus. quo enim pon
deroſior tanto melior et in
omni mercatu vtilior. Per
quod accipit bona operatio
ꝛ virtutū exercitatio. que tā/
to precioſior ante deū. quan
to efficacior Ps. Precioſa in
conſpectu dn̄i mors ſancto
ruꝫ eiꝰ. i. Corinth. iij. Unuſ/
quiſq; mercedeꝫ accipiet ſm
ſuum laborem. Labor ſan/
ctorū quanto maior ꝛ graui
or fuerit ī hac vita. tanto ma
iorem remunerationē habe
bit in futura. ij. Corinth. iiij
Idem quod in preſenti eſt
momentaneū et leue tribu/
lationis noſtre. ſupra mo/
dū in ſublimitate eterne glo
rie pondus operatur in no/
bis. Felix cuius opera mul
tū ponderabunt. cum appa/
ruerit dominꝰ qui eſt ſpiri/
tuum ponderator. Pro uer
biorum. xvi. ꝛ Sap. x. Reddet
deus mercedē laborum ſan
ctorum ſuorum. ꝛc. De qui/
bus apoſtolꝰ ad Hebre. xi.
Temptati ſunt. ſecti ſunt. in
occiſione gladij mortui ſunt
ꝛc. Multos labores ſancto
rum enumerat ibi apoſtolꝰ.
Tale nūmiſma olim curre/
bat i foro primitiue eccleſie.
ꝛ erat precioſum ante deum
Ps. Precioſa in ɔſpectu do
mini mors ſanctorum eius.
Sed modo leues denarij
currunt ꝛ ita tenues ꝙ a ven
to minime tribulationis ex/
ſufflari poſſunt. Auguſtinꝰ.
Solennitates martyrū ex/
hortationes martyriorum ſūt.
ꝛc. Molles ꝛ delicati qui ni
hil ſuſtinere volunt ſunt cō
uiue Balthaſar. contra quē
ſcripſit manꝰ ī pariete. Ma
ne. techel. phares. id eſt. nu/
merauit. appēdit. diuiſit. Ap
pendit enim deus in ſtatera
labores noſtros. vtinaꝫ nō
inueniamur vt ſtipula ante
faciem venti.

Dominica vice/
ſimatercia.

A

Tambu v letis digne deo p omnia placentes in omni opere bono etc. Colos. iij. Ambulare diuerſis modis dicitur. Eſt em̄ quā, doq3 idem quod credere. qn̄ q3 ſperare. quādoq3 diligere quādoq3 tendere in deū vel cogitare. Unde verſus. Ambulat ille deo digne. qui credit in illum. qui ſperat in il, lum. qui diligit illum. qui cogitat illum. Reſume princi, pium verſus. Igitur am, bulare digne deo eſt idē qđ credere in deum firmiter et abſq3 vlla heſitatione quali, ter ambulauerunt pr̄es an, tiqui. ſm illud Geneſ. xlviij Deus in cui9 conſpectu ambulauerūt patres noſtri etc. Et Geneſ. vj. Noe vir iuſt9 atq3 pfectus cum deo ambulauit. id eſt. in deū credidit et precepta eius cuſtodiuit. Fides eſt prima via credendi i deū. per quā tempore pegrinationis huius ſuper terrā icedimus donec ad patriā puenia mus. ij. Corinthi. v. Dum ſumus in corpe pegrinamur a domino. Per fidē enim ambulamus et nō per ſpeciem. Gloſa. Qui pegri, nat et p fidem ambulat. nondum eſt in patria. ſed iam eſt in via. qui autē non credit. nec in via nec in patria eſt. Rex patrie chriſtus eſt. et ibi veritas. Hec autem via eſt q̄ imus ad ip̄m et per ip̄m qui de ſe dicit. Ego ſum via ve, ritas et vita. Eſt enim illumi natio per fidem. et eſt illumi natio per ſpeciē. Modo per fidem tm̄ illuminamur. i fu turo per ſpeciē. ij. Can̄. Jo. Gauiſus ſum valde. quia in ueni de filijs tuis ambulan tes in veritate. id eſt. in vera fide. ſicut dicit interlinearis.

Item ambulare eſt quan doq3 idē quod ſperare. Am, bulamus enim in tribulati, onibus vite preſentis pter ſpem eterne retributionis. Ps. Nam et ſi ambulauero in medio tribulationis viui ficabis me. etc. Spes em̄ fa, cit vt patientes ſimus in tri bulationibus. ſicut eſt vide re in negociatoribꝫ qui mul ta mala perferūt pter ſpem queſtus et lucri. Prouerb. xx Malum eſt malum eſt dicit omnis emptor. et poſtq3 ab, ceſſit gloriabit. Sic etiā eſt in rebus ſpiritalibꝫ Rom̄. v.

Gloꝛiamur in ſpe glie filio-
rū dei.nō ſolū aūt.ſed ⁊ glo-
riamur in tribulationib⁹.ſci
entes ꝙ tribulatio patiētiā
opatur.patiētia aūt ꝓbatio-
nē.ꝓbatio aūt ſpez.ſpes aūt
nō ꝯfundit ⁊c̄. Facit apl's h
quaſdā dietas ⁊ finit eas in
ſpe.q̄ nō ꝯfundit ābulatoreſ
ſuos.Glo.Pꝛobatio operat
ſpem.i.certitudinē glie futu
re.Spes em̄ eſt certa expe-
ctatio future beatitudis ꝓ-
ueniēs ex grā ⁊ meritiſ.Que
hūane rōni vana videt.ſz te-
ſtimonio ꝟtutiſ ⁊ miraculoꝝ
firmat.Qui ei int tribulati-
ones ⁊ aduerſa ꝓbabil' ꝑ pa
tiētiā exiſtit.ille ſecur⁹ p̄miū
future btītudis expectat.qđ
eſt ꝯ illos q̄ ſperāt magnā re
munerationē a deo ſine vllis
meritiſ.⁊ magnū fructū meſ-
ſionis et'ne ſine laboꝛib⁹ De
qb⁹ apl'us Gal.vj.Nolite er
rare.de⁹ nō irridet.q̄ ei ſemi
nauerit hō.hec et metet.qm̄
q̄ ſemīat in carne ſua de car-
ne metet coꝛruptiōem ⁊c̄.

Itē ambulare ē qnq̄ȝ idē
qđ diligere.Ephe.v.Eſtote
imitatoꝛes dei ſicͭ fi.ca.⁊ am
bu.in dilectiōe ſicͭ ⁊ xp̄s dile.
nos ⁊c̄.Oſtēdit nob̄ apl's la
tā ⁊ expeditā viā ad ambulā
duz ne aliq̄s poſſit dicere ꝙ
via xp̄i ſit nimis arta ⁊ dura
qꝛ tollere crucē q̄tidie ⁊ oīb⁹
renūciare durū eſt.nec oīb⁹
datū.Aug⁹.Pōt mihi aliq̄s
dicere nō poſſū ieiunare.nō
poſ.res m.oēs pau.ero.⁊c̄.
Sz nūq̄d potes di.nō poſ.
amare.⁊ ita oīs tergiuerſa-
tio excludit.qꝛ de diligendo
deū ⁊ ꝓximū nūq̄ȝ aliquis in
veritate ſe poterit excuſare.
Quid ei dulci⁹ amoꝛe.q̄d te
neri⁹ dilectiōe.q̄d eminēti⁹
caritate.j.Coꝛ.xij.Adhuc
eminentioꝛē viā vob̄ demō-
ſtro.i.caritatē excedentē oēs
alias ꝟtutes.ſine q̄ nec etiaȝ
martyria valēt.nec flāmarū
toꝛmēta.q̄ qnq̄ȝ iactant et ꝑ
deſperationē fiūt.Glo.Ca-
ritas eſt fons primus omni
um bonoꝛū.cui nō cōmuni-
cat alien⁹.q̄ vt oleum nō pōt
pꝛemi in imo.ſed ſuperilit.
Que tanta eſt vt ſi deſit.fru-
ſtra habeantur cetera.ſi aſſit
habeant oīa.Quā q̄ non ha
bet.auferet ab eo etiā qđ ha
bet.Habet em̄ aliq̄s gratiā
ꝟtutes poſſidēdi.ſed nō hz
caritatē vtendi.⁊ ideo qđ hz
auferetur ab eo.Per hāc vi
am ambulandū eſt cum deo
Iſa.xxvj.Semita iuſti recta

rectus callis iuſti ad am.i.e.
rc. Item ambulare eſt qñ
q3 idem quod cogitare. Il/
le em̃ motibus anĩe ambu/
lat. qui ĩ omnib9 vijs ſuis de
um cogitat. Prouerbio.iiij.
In omnib9 vijs tuis cogita
illũ. ꝛ ipe diriget greſſus tu/
os. Et Sap̃. Cogitare de il
la ſenſus eſt cõſumat9. ꝛ qui
vigilauerit ꝓpter illam cito
erit ſecurus. Loquit̃ ibi de
ſapientia increata que deus
eſt ꝛ mortalib9 ſemꝑ cogitan
da. Nota ꝙ magna eſt ſimili
tudo cogitandi ꝛ ambulãdi
Qui enim ambulat de loco
ad locũ mouetur. ſic qui co/
gitat de deo. non ſolũ in vna
contẽplationis ſue cogitati
one ac meditatione conſiſtit
ſed progreditur ad vlterio/
ra donec videat̃ deus deoꝝ
i ſyon. Incipit tamẽ illa am
bulatio ab operib9 incarna
tionis chriſti ꝛ progreditur
vſq3 ad thronu3 maieſtatis
ipius ꝛ ſanctorũ angelorum
qui in conſpectu throni illi9
ſunt. quib9 ſe anĩa cõtempla
tiua immiſcet. cogitando li/
bere quaſi ambulando cum
ſanctis ꝛ ſummis ſpiritibus
corã deo expedite. Zach.iiij.
Si in vijs meis ambulaue
ris rc. vſq3 ibi. dabo tibi am
bulantes de his q̃ nunc hic
aſſiſtunt. Ezechie.xxviij. In
medio lapidum ignitoꝝ am
bulaſti ꝑfectus in vijs tuis.
Qđ dictũ eſt de anĩa ſctã in
ſtatu ꝑfectionis ꝑ cogitatio
nem ꝛ meditationẽ poſita.

## De euangelio.

Cum eie/
cta eſſet turba in
trauit ieſus et te/
nuit manũ eius. ꝛ dixit. pu/
ella ſurge rc. Math.ix. Hic
notant̃ quattuor effectus re
ſuſcitandi animam a morte
peccati. Unde ꝟſus. Eijcit̃
turba. deus intrat. dextra te
net̃. Et ſic ad vitã reuocatur
filia nr̃a. Igit̃ primus ef
fectus eſt electio turbe a do
mo ꝯſcientie. Sũt autẽ tres
turbe. ſ. malaꝝ cogitationũ.
j. Machab.j. Miſit rex an/
tiochus ꝑncipem tributoꝝ
ꝛ intrauit hieruſalẽ cum tur
ba magna. Princeps ille eſt
animus vanus qui ingredi
tur cum turba noxiarum et
inutilium cogitationũ pacẽ
cordis ꝛ viſione3 pacis per/
turbantium. Iſa.lix. Cogi/

tationes eorū cogitatōes in
utiles. vaſtitas et contritio i
vijs eorū. Item terrenaꝝ
occupationū Luce. xix. vbi
dicitur ꝙ Zacheus ꝓnceps
publicanorū non poterat ie
ſum videre pre turba. qꝛ ſta
tura puſillus erat. Cuȝ hac
turba incedunt diuites hu/
ius ſeculi. qꝛ varijs curis ꝑ/
munt ꝛ diuerſis occupatio/
nibus a viſiōe dei ſecernun
tur. Qui bene puſilli dicunt
ꝓpter defectum fidei. Lu. xij
Si ei fenū agri. ꝛc̄. vſqꝫ ibi.
Quanto magis vos puſille
fidei. Item turba maloꝝ
ſocioruȝ. Exodi. xxiij. Non
ſequeris turbā ad malefaci
endū. Et Eccl. xviij. Ne ob/
lecteris in turbis nec in mo
dicis. aſſidua eſt enim cōmiſ
ſio illoꝝ. Interlinearꝭ. Quo
rū conſortio ꝛ imitatione co
garis peccare. ꝛc̄. Secun
dus effectus eſt intrare. In
trat ieſus in aīas noſtras
ſiue in domū conſcientie no
ſtre ad emundanduȝ ꝛ expi/
andū eam. Leui. xiij. Intra
bit ſacerdos vt ꝯſideret do/
mus lepram. eruet lapides.
ꝛ radet parietes ꝛ claudet eā
ſeptem diebꝫ. Et ſi lepra nō
creuerit munda erit. Sin/
autem deſtruetur ꝛ lapides
ac puluis eius extra ciuita/
tem proijcietur in locuȝ im/
mundū. Quod cōtingit fre/
quenter recidiuantibꝫ i pec/
catis ſuis. Item itrat ad
protegendū ꝛ liberandū eaȝ
contra infeſtationes demo/
num. Sap. x. Intrauit i ani
mā ſerui dei ꝛ ſtetit cōtra re/
ges horrendos in portentis
ꝛ ſignis. Hoc dicit de moy/
ſe. Reges horrēdi demones
ſunt qui horribiles ꝛ execra
biles tentationes nobis im
mittunt. Job. xix. Uadent ꝛ
venient ſuper eū horribiles
ꝛc̄. Sed nocere nō poterūt
domibꝫ in quibus chriſt⁹ eſt
Exodi. xij. Non ſinet percuſ
ſorem ingredi domus vr̄as
ꝛ ledere. Ps. Flagellum nō
appropinquabit tabernacu/
lo tuo. ꝛc̄. Item ad epulā
dum ꝛ conuiuandū. Apoca.
iij. Ecce ego ſto ad oſtium ꝛ
pulſo. qui aperuerit mihi in
trabo ad illuȝ ꝛ cenabo cuȝ
illo. O ꝗꝫ glorioſum ꝛ ſplen/
didum conuiuiū. vbi celeſtꝭ
ſapientia ornat menſam. ꝓ/
ponit panem. miſcet vinum.
Sap. vij. Uenerunt mihi
omnia bona pariter cum il.
ꝛ inu. h. per m. il. Prouer. ix.

Venite comedite panē me/um ꝛ bibite vinū quod mi/ſcui vobis. En pꝛoferam vobis ſpiritū meū. Tercius effectus ē manū tenere. Tenet domin⁹ manū noſtraꝫ a malis hominibꝫ eripiendo. Gene. xix. de loth. Diſſimulante autē illo exire apꝑehē/derunt manum eius et manum vxoꝛis ꝛ duarū filiarū eius. ꝛ eduxerunt illum. po/ſueruntq̄ꝫ extra ciuitateꝫ di/centes. Noli reſpicere poſt tergum. ſed in monte ſaluuꝫ te fac. Niſi enī manus nr̄a a deo teneatur. quis poterit vl' a peccatis exire vel ad mon/tem virtutū aſcendere. Iteꝫ tenet manum noſtrā ad proſpere agendū ꝛ hoſtes nr̄os penitus conterendū. iiij. Regū. xiij. vbi dicit̄ q̄ helyſeus poſuit manus ſuas ſup̲ ma/nus regis. ꝛ ait. Aperi fene/ſtram oꝛientaleꝫ. ꝛc. vſq̄ꝫ ibi. Sagitta ſalutis domini cō/tra ſyriam. pcutieſq̄ꝫ ſyriā in affech donec conſumas eaꝫ ꝛc. Affech interp̄tatur nou⁹ furoꝛ. ꝛ ſignat inſtantiaꝫ de/monū in moꝛte ꝛ in egreſſione animarū. Tunc enim to/tum furoꝛē ſuū effundunt ꝛ crudelitatem oſtendunt. q̄n ſcꝫ feneſtra coꝛpoꝛꝭ aperitur ꝛ ſpiritus tanq̄ꝫ ſagitta velociſſima egreditur. tendēs naturali motu ad dominū qui dedit illum. Tunc nimirum neceſſe eſt. vt dominus nos per manum foꝛtiter teneat. ꝛ in viam ſalutis ꝛ pꝛoſperi/tatis nos perducat. Iteꝫ tenet manū noſtram ad de/ſponſandum aīas noſtras ſibi ꝛ perpetuo federe cōiungendum Thobie. vij. Appre/hendens raguel dextram fi/lie ſue dextre thobie tradi/dit dicens. Deus abꝛaam et deus yſaac et deus iacob ſit vobiſcuꝫ ꝛ ipē coniūgat vos Cantico. iij. Tenui eum nec dimittam. donec introducā illum in domum matrꝭ mee ꝛ in cu. ge. mee. Quart⁹ ef/fect⁹ eſt ſuſcitare ꝛ facere ſur/gere. In reſurrectione hui⁹ puelle domin⁹ tria feciſſe le/gitur. Fecit eam ſurgere di/cēs. thabita kumy. id eſt. pu/ella ſurge. Item ambulare. Item manducare. Et iuſſit illi dare comedere. Surgit anima per contemplationeꝫ Canticoꝝ. ij. Surge pꝛopera amica mea. ſpecioſa mea.

ꝛ veni. columba mea in fora
minibꝫ petre. ī cauerna ma.
Gloſa Grego. Cum iam de
corpore educitur anima. ym
ber ei tranſijt. quia preſentiſ
vite torpor abſceſſit. ꝛ ad cō
templandū deum in ſua ſub
ſtantia educitur. nec iam ver
borū gutte ſunt ei neceſſarie
vt pluuia predicationis de
beat infundi Item ambu
lare vt dicit Mar. Et confe
ſtim ſurrexit puella et ambu
lauit. Gloſa. Spiritualiter
inſinuās quia quiſq́ꝫ a mor
te aīme chriſto ſibi manū cō
fortante reſipiſcit. non mo
do a ſordibus exurgere vici
orum. ſed etiam in bonis cō
tinuo debet ambulare ope
ribus. Item manducare.
Gloſa. Ad teſtimonium ve
re reſurrectionis puelle da
ri precepit mādūcare vt nō
fantaſma. ſed veritas crede
retur. Sed ꝛ ſi quis a ſpiri
tali morte ſurrexit. celeſti ne
ceſſe ē mox pane ſatiari. ꝛ di
uini. ſ. verbi. ꝛ ſacroſancti al
taris participeꝫ fieri. Et no
ta ꝙ tres mortui illi q̄s do
minus ſuſcitauit ſunt pecca
tum ſcꝫ voluntatis. ꝛ hec eſt
puella ī domo. peccatū pub
lice actiōis. ꝛ hic eſt iuuenis
in porta. peccatuꝫ conſuetu
dinis. ꝛ hic eſt lazarus qua
driduanus in monumēto.

Dominica viceſi
maquarta.

**Cum vi**deritis abhomi
nationem deſola
tionis que dicta eſt a danie
le ꝓpheta ſtantem in loco ſan
cto. qui legit intelligat Ma
thei. xxiiij. De epiſtola ambi
guum eſt. Quidam legunt.
Ecce dies venient. ꝛ ille ſer
mo eſt principium ſermonū
huiꝰ operis. Propter quod
agendum eſt de euangelio.
vbi multi terrores ponunt
circa aduentuꝫ domini in fi
ne mundi. quos omnes ad
quattuor poſſumus reduce
re. Per hos verſus. Solue
tur ſathanas. fiet diſceſſio. ſi
gna. Pſeudo ꝓpheta dabit.
tribulatio maxima ſurget.

Igitur primus terror eſt.
ꝙ ante dieꝫ iudicij ſoluetur
ſathanaſ. id eſt. amplior ē po
teſtatem habebit domino ꝑ
mittente. Apocal. xx. Sol
uetur ſathanas de carcere

ſuo ⁊ exibit ⁊ ſeducet gentes que ſũt ſup̱ quattuor angu/los terre. gog ⁊ magog. ⁊ congregabit eos in prelium. q̃ꝝ numerus ſicut harena ma/ris. ⁊ aſcendent ſuper latitu. dinem terre. ⁊ circuibunt caſtra ſanctorũ. ⁊ ciuitatem dilectam. Que littere obſcuri/tas. ſi myſticũ intellectuȝ nõ haberet. poſſet exponi mo/raliter ⁊ modernaliter de afflictione terre ſancte quã iã temporib⁹ noſtris nationes gentiũ diuerſarũ impugnãt hinc ſarraceni. hinc tartari totã eam in ſolitudinem re/digentes ⁊ viros ſanctos in ea habitãtes gladio perimẽtes. ita vt iam locum habere videatur illud pſalmidicuȝ. Poſuerunt mor. ſer. tuo. eſc. vol. ce. car. ſ. t. b. t. ⁊c̃. Sed o vtinã contingat illis ꝑfidis nationibus quod ſequitur. Deſcẽdit ignis de celo ⁊ deuorauit eos. Iſte eſt equus pallidus. Apocal. vij. Et cũ aperuiſſet ſigillum quartuȝ exiuit equus pallidus. ⁊ qui ſedebat. ⁊c̃. Secũdus eſt diſceſſio a fide. ij. Theſſa. ij. Niſi primũ venerit diſceſſio ⁊ reuelat⁹ fuerit homo peccati. alia lr̃a habet. refuga. Qõ exponit Auguſ. de. antichriſto dicẽs. Nulli dubiũ ẽ hoc de antichriſto dictum eſſe. Si eñ hoc de hoib⁹ impiiſ dici merito põt. q̃nto magis de iſto quẽ etiaȝ deſcribens apl'us. ſubdit. ⁊ reuelat⁹ fuerit homo peccati fili⁹ ꝑditionis. ⁊c̃. Ecce quali tp̃e veniet antichriſt⁹. ſ. qñ fiet diſceſſio a fide catholica. ⁊ a romane eccl'ie obedientia. ſicut exponit glo. Qñ nimirũ eccle/ſia impugnabit̃. ab vna par/te armis hoſtilib⁹. ex altera ſciſmatuȝ hereſib⁹. hanc ſibi viã diabolo p̃parante. Non ſolũ aũt tunc erit diſceſſio a fide. ſed etiã a caritate. quia tũc refrigeſcet charitas multorũ ⁊ inuicẽ tradent. ⁊ odio habebunt inuicẽ. Erit etiaȝ diſceſſio a morũ honeſtate ⁊ vite puritate. Nã tali tempe antichriſtus ⁊ ſui p̃dicabũt libitũ fore licitũ. ⁊ naturali/bus appetitib⁹ nullũ frenuȝ ponendũ eſſe nec reb⁹ pudẽ/dis ⁊ turpib⁹ operimentuȝ. dicentes improbe. q̄ in palã coire ita ſit licitũ ſicut come/dere. dormire ⁊ ambulare. ſicut quondã cynici philoſo/phi p̃dicabant. quoꝝ dyogenes p̃ceptor erat. Cõtra q̃ꝝ

turpiſſimā aſſertionē diſpu/
tat. Aug⁹.li.de ciui. dei.xiiij.
Dañ.viij.Cū creuerint iniq̇
tates cōſurget rex impudēs
facie.ⱶ intelligens ꝓpoſitōes
ⱶ roborabit̄ fortitudo ei⁹.ⱶc̄.
Tercius eſt ſigna ⱶ prodi
gia que tunc ipē ⱶ ſui dabūt
plima .ſicut ipē ſaluator te/
ſtatur dicens. Surgēt pſeu
do ⱶ dabūt ſigna.ⱶc̄. ⱶ Apl's
ij. Theſ.ij. Cui⁹ aduentus
erit ſm opationē ſathane in
omī virtute. ſignis ⱶ pdigijs
mendacib⁹. ⱶ in omī ſeducti/
one iniq̇tatis. Glo. Qui dia
bolo inſtigante ⱶ coopāte q̇
illū poſſidebit totū faciet. in
omī virtute hūane poteſta/
tis ⱶ diuitiaꝝ. ſignis minori
bus.ⱶ pdigijs maiorib⁹.ſed
mendacib⁹ qꝛ p magicā artē
ⱶ nō vere faciet illa. ⱶ p fanta
ſiam deludet hoīes.ſicut ſy/
mon magus deluſit illū.qui
putans eū occidere.arietem
decollauit ꝓ eo. Jō etiā mē/
dacia dicunt̄ ſigna illi⁹.quia
mendaciū confirmāt.ſ.illuz
eſſe deum. Apoc̄.xiij. Sedu
cet habitātes in terra propt̄
ſigna que data ſunt ei facere.
vbi dicit glo. Et ſimulabit ſe
antichriſt⁹ mortuū.ⱶ p tri/
duuz latēs apparebit dicēs
ſe reſuſcitatū. et poſt.xl. dies
in celū aſcenſurū.ⱶ ſpm̄ ſctm̄
apl'is ſuis ſe daturū. Faciet
em̄ ſpm̄ malignū in igne de
ſcendere ⱶ varijs linguis lo
qui. Qui mox p vniuerſum
mundū diſcurrentes p̄dica
bunt ipm deū. ⱶ facient erigi
ſtatuā imaginiſ ei⁹.quā mini
ſterio diaboli faciēt loqui et
p̄dicere quedā futura. Duz
ergo ignez de celo mittere et
mortuos ſuſcitare videbit̄.
tot⁹ pene mūdus in errorez
ducet̄. De hac materia loq̇/
tur Haymo ſcd'a epiſtola ad
Theſ. Quart⁹ eſt tribula
tio maxima illi⁹ tpis. Dañ.
xij. Erit tp̄s quale non fuit
ex eo ex quo gētes eſſe cepe/
runt vſq; ad tp̄s illud.ⱶc̄.et
dñs in p̄ſenti loco. Erit em̄
tunc tribulatio magna qua
lis non fuit ab initio mundi
vſq; mō.nec fiet. Et niſi bre/
uiati fuiſſent dies illi.nō fie/
ret ſalua omīs caro. Sed ꝓ
pter electos breuiabunt̄ di/
es illi.ⱶc̄. Que maior tribu/
latio q̄z q̄ filij in parētes in/
ſurgent.ⱶ parentes in filios
ⱶ tradent ſe inuicez homīes
ⱶ occident ⱶ odio habebunt
Beatus Grego.ponit quat
tuor genera tribl'atōnū illi⁹

temporis dicens. Surget
gens contra gentē. ecce per/
turbatio hominū. Erūt ter/
remotus magni ꝑ loca. Ec/
ce reſpectus ire deſuꝑ. Erūt
peſtilentie ⁊ fames. ecce ine
qualitas corpoꝝ ⁊ ſterilitas
terre. Erūt tempeſtates ter
roreſq; de celo. ecce iequali/
tas aeris. Quia ergo in cun
ctis delinquimꝰ ĩ cunctꝭ fe/
rimur. Que vero maior tri/
bulatio poſſet eſſe. q̄z ꝙ filio
ꝑditionis ⁊ ſequacibꝰ eius
ſigna facientibꝰ. ⁊ vt cum ſto
macho loquar tortoribus ⁊
carnificibus eiꝰ miraculis
choruſcantibus. ſancti ⁊ ele
cti dei nec vnicū ſignū dare
poterunt virtutis dei. et ſa/
cre fidei manifeſtatiuuz. ſm
illud Luce. xvij. Veniēt di/
es quādo deſiderabitis vi/
dere vnū diez filij hominis.
⁊ non videbitis. Unum diē
ſcz ſignorum et miraculorū
chriſti et apoſtolorum eius.
Sed ne omnis deſperemꝰ
ſubdit de patientia ⁊ ꝑſeue/
rantia. dicens. Qui autez ꝑ/
ſeuerauerit vſq; in finem hic
ſaluus erit. Quod nobis p̄/
ſtare dignetur. qui eſt bene/
dictus deus in ſecula ſecu/
lorum. Amen.

Expliciunt ſermones de
epiſtolis ⁊ euangelijs domi
nicalibus ꝑ circulum anni
ad honorem domini noſtri
ieſu chriſti. compilati a ſan/
cto Bonauentura.

De ſeptem cauſis inſtitu/
tionis eucbariſtie.

# Hoc faci

b te quotienſcun
qꝫ ſumetiſ in me/
am cōmemora/
tionem. Cauſa inſtitutio
nis eucbariſtie multiplex ē.
Prima ꝯmemoratio paſ/
ſionis chriſti. ſicut ipē domi
nus dicit. Hoc facite in me/
am cōmemoratonē. que tri
plex eſt. Prima eſt cōme/
moratio amoris quā oſten/
dit nobis in cruce. qꝛ maio/
rem caritatē nemo habet ꝛc̄.
Scd̄a cōmemoratio libe
rationis. qꝛ per paſſionē ſu/
am liberauit nos a ſeruitu/
te diaboli ꝛ a carcere inferni
ꝛ mortiſ eterne. Tercia cō
memoratio imitatiōis chri/
ſti. vt imitemur patiētiam et
humilitatē ſuā ꝛ alias virtu
tes quas ipē oñdit nobis in
cruce. ꝛ ſic intelligit̄ verbum
apl'i. Mihi autē abſit gl'ari
ꝛc̄. i. in amore quē mihi exhi
buit. qñ crucifix⁹ eſt ꝑ me. et
in liberatiōe q̄ liberauit me
ꝑ paſſionē ſuā ꝛ imitatōe ꝟtu
tū ei⁹ q̄s oñdit in cruce. vnd̄
ſubiūgit. ſtigmata dñi ieſu i
cor. ꝛc̄. Scd̄a cā inſtituti/
onis ē meritū fidei. qꝛ fides
ñ hꝫ me. cui h. rō p̄. ex. qꝛ me/
ritū fidei ē ꝛ laus credere qd̄
nō videt. ꝛ maxie illud qd̄ eſt
ſup̄ rōez naturalē vbi hō ab
negat ſemetipm̄. dū poti⁹ cre
dit ꝑme ꝟitati. q̄ꝫ ſibi l' alicui
rōi. nō eñ alit̄ pt coli de⁹. vñ
Aug⁹. de vtilitate credendi.
Tanta ē fides ꝙ etiā nec pa/
rentes carnaleſ cognoſcim⁹
niſi ꝑ fidem. Credo eñ ꝙ il
le ſit pater me⁹. Silr̄ nec pa
trē ſpūalē cognoſcim⁹ niſi ꝑ
fidem. vt g̊ fides habeat ma
gnū meritū. credam⁹ ſub for
ma panis eē veꝝ corpus xp̄i
qd̄ tñ nō videm⁹. Tercia
cā eſt ſubleuatio ſpei. vult ei
dñs q̄tidie pn̄tialit̄ ꝛ corꝑali
ter eē int̄ nos. vt magis ſpe
rem⁹ obtinere petitōes nr̄aſ
Ipē eñ eſt dator eoꝝ q̄ peti
m⁹. ꝛ ipē orat ꝑ nobis ꝛ petit
ꝛ cum ipē ſit petitor. orator ꝛ
dator. ſine dubio obtinebi/
mus quod petimus. niſi ſte
terit per nos Quarta cau
ſa eſt inſtructio. Per hoc eñ
inſtruit nos domin⁹ vt ma/
gis credamus ei. q̄ꝫ viſui no
ſtro. imo vt ꝯ viſuꝫ nr̄m cre
dam⁹ ei. Viſus ei dicit ibi eſſe

panem ⁊ vinū. Et deus di/
cit ibi eſſe carnē ⁊ ſanguinē.
Unde domin⁹ in euāgelio.
Qui vult venire poſt me ab
neget ſemetipm̄.i.ꝓprium in
tellectum ⁊ propriā volunta
tem. Uñ illud. Uocatis me
magiſter ⁊ domine.⁊ bñ dici
tis.ſum etenim. Quia ergo
magiſter eſt. debemus ma/
gis ei credere ꝙ̄ nobis. Et
quia dominus eſt.abnegare
debemus propriā volunta/
tem.⁊ ei tanꝙ̄ domino obe/
dire.id eſt.voluntatē noſtrā
voluntati eius conformare.

Quinta cauſa eſt vt epu/
lemur in azimis ſinceritatiſ
⁊ veritatis. Unde Ps. Pa/
raſti in conſpectu meo men/
ſam. Et Aug⁹ dicit. Ut pa/
nem angelorū manducaret
homo.creator angelorū fa/
ctus eſt homo. De hoc pane
dicitur Sap̄.xvj. Panez de
celo preſtitiſti eis ſine la.om
ne delectamentū habentem
⁊ omnis ſaporis ſuauitatez
De illo autem pane veriſſi/
me dicit.ꝙ habet om̄e dele/
ctamentū in ſe. Delectat em̄
viſum ſpiritualez ꝑ pulchri
tudinē. Unde. Specioſus
forma. Auditū ꝑ melodiaz.
Ps. Audiā quid loquatur i
me domin⁹ deus. Olfactum
ꝑ ſpiritualē odorem. Cant.
Curremus in odorez vn.t.
Guſtū per dulcedinez. Ps.
Q̄ magna multitudo dulce
dinis tue domine. Tactum
ꝑ ſpiritualē ſuauitatē. Unð
Ps. Guſtate ⁊ videte q̄niam
ſuauis eſt dñs. Delectat vt
diuitie.q̄ in ip̄o ſunt omēs
theſauri ſapientie et ſcientie
abſconditi. Sexta cauſa
eſt.vt homo qui ꝑ eſum de li
gno ſcientie boni ⁊ mali fue/
rat mortuus per eſum ligni
eterne vite reuiuiſceret. Un
de ſic̄ de illo ligno dictū eſt.
quacūꝙ̄ die comederitſ mo
riemini. ita de hoc pane di/
ctum eſt. Si quis mandu/
cauerit ex hoc pane viuet in
eternum. Septima ⁊ vl/
tima eſt.ad remedium veni/
alium que quotidie cōmitti
mus.

De quinꝙ̄ mirabilib⁹ in eucbariſtia.

Elus do
3 mus tue comedit
me.i.comeſtibilez
me fecit. Nota quinꝙ̄ mira/

bilia in ſacramento altaris
omnem ſenſum excedentia.
Primũ eſt ꝙ ibi eſt exiſtē/
tia ſine apparentia.i.ꝙ ibi eſt
verum corp⁹ chriſti. nec ap/
paret.exemplũ de lapide q̃
reddit hominē inuiſibilem.
Unde Iſa. Uere tu es de⁹
abſconditus Nota de yſaac
ad quē venit iacob portans
cibaria.qui fuit deceptus in
omnibꝰ ſenſibꝰ.p̄terq̃ʒ in au/
ditu.quia dixit. Uox quidē
vox iacob ē.Sic omēs ſen/
ſus homīs decipiunt̄ p̄ter/
q̃ʒ auditus verborũ que pro
ferunt̄ a ſacerdote miniſtro
chriſti. Secundũ ꝙ ibi ē
apparentia ſine exiſtentia.ſcʒ
apparentia panis.vt ē ſapor.
color ꝛ cetera huiuſmodi Et
hui⁹ ſimilitudo probat̄ i ſpe
culo vbi imago homīs appa
ret. ꝛ ex veritate nihil eſt.ita
hic panis apparet. cũ tamen
nihil panis ibi ſit. Terciũ
ꝙ ibi eſt chriſt⁹ ſub tantula
forma panis tā p̄fect⁹ ꝛ ma/
gnus.ſicut de v̄gine natus.
in cruce ſuſpenſus. in celuʒ
eleuatus.Et hoc p̄bat̄ etiaʒ
in ſpeculo.vbi ī modica for/
ma homo magnus. īmo ma
xima ciuitas ꝛ hmōi apparēt
Sic chriſt⁹ quantũcunq̃ʒ ma
gnus ſit.ſub tā modica for/
ma panis exiſtere poteſt.
Quartũ eſt ꝙ fractis par
ticulis illius formule ipſe in
teger remanet.quod ſimili/
ter in ſpeculo videtur.fracto
ſpeculo in plures partes.fa
cies hominis manet illeſa ī
qualibet particula vna ꝛ ea
dem.ſic in ſacramento alta/
ris.fracta formula panis in
qualibet parte eſt verũ chri
ſti corpus integrum.illeſum
et indiuiſum. Quintũ eſt
ꝙ hiſdem temporibus in lo
cis diuerſis eſt idem ꝛ vnus
et indiuiſus. quod etiam in
ſpeculo apparet. Si eni ho/
mo intret in domum circun
dataʒ ſpeculis.facies ſua cũ
ſit vna ꝛ ipſemet totus in q̄li
bet ſpeculo relucet in ſe ta/
men indiuiſus. Similiter
chriſtus in mille locis eſt in/
diuiſus. Similiter apparet
in voce in ſole ꝛ huiuſmodi.
Licet in his omnibus ſen/
ſus reclament hominis.ſed
ſancta fides affirmat.quia ſi
hec in creaturis.longe poti⁹
in creatore qui om̄ia poteſt.
ꝛ om̄ia fecit. quia om̄ia ſunt
ei poſſibilia.qui poteſt aq̄m
ꝛ vinum in ſanguinē. ꝛ panē
in carnem mutare. ea pote/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtate qua ignis ſuſpenſus fu
it a cōbuſtione rubi. et aqua
a fluxu in mari rubro. virt⁹
motiua ſolis ꝛ lune tempo-
re ioſue. ꝛ reducta tpe Eze-
chie. Quō hoc erit impoſſi-
le deo. cū elementa mutēt re
rū naturas. aqua oua piſciū
in piſces. ligna in petras. ter
rā in lapides. terra grana in
herbas. ſemina in arbores.
aer nubes nunc in pluuias
in rores in pruinas in gran
dines. Ignis arbores inci-
nerat. ꝛ cineres in vitrū. lapi
des in metalla. Quanto ma
gis deus q̄ fecit elemēta. mu
tauit terrā in adam. aquā in
ſanguinē in egypto. Si rex
paruus hō habet tantā po
teſtatē. potius de⁹. ſi gēma. ſi
dictio de⁹ cōprehendit trini
tatem. oīne quicq̄d poteſt eē
ꝛc. Si q̄rit de corpe quō
tamdiu duret cū comeſtum
ſit multis annis. Reſpōdeo
Quia domin⁹ omnipotens
ſicut ordinauit. in tra pauit
ſemper homines ꝛ iumenta
ꝛc. ꝛ tamē terra nō eſt ɔſum-
pta nec fund⁹ minorat⁹.

De digne com
municantib⁹.

Robet ſe
p ipm homo et tūc de
pane illo edat ꝛc. Homo qui
digne vult cōmunicare de-
bet ſe pbare. ꝛ inueniet i ho-
ſtia ſeptem. ſeptē vicijs capi
talib⁹ oppoſita. que ſunt hec
Candida. triticea. tenuis nō
magna. rotūda. Expers fer
menti. nō ſalſa ſit hoſtia xpi
Primo debet eſſe hō can
didus in caſtitate. vel virgi-
nali. vel coniugali. vel vidua
li. Nume. xviij. Immundus
non veſcetur ex eis. Se-
cundo triticeus. Triticum
eſt dulcius ꝛ ſapidius omni
bus granis. ſic tu ſis mitis ꝛ
manſuetus et dulcis verbis
ꝛ opere. nō iracundus. quia
ſcriptum eſt. Non eſt bonū
ſumere panem filioꝝ et dare
canibus qui alios mordent
Matth. Nolite ſanctuꝫ da-
re canibus dicit dominus p
hibendo. Apocalip. Foris
canes venefici et immundi.
Tercio tenuis. i. ſobrius
non in crapula. ad Heb. iij.
Habemus altare de q̄ eden
di non habent poteſtatem.
qui taber. deſeruiunt Gloſa
id eſt. voluptatibus carnis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quarto paruus per hu/
militatem non ſuperbꝰ. De
us enim ſuperbiſ reſiſtit. hu
milibus autem dat gratiaꝫ.
Quinto rotundus. facile
mobilis ad officia debita. o/
rationis. viſitationis infir/
morum. bone operationis.
ꝛ huiuſmodi. non grauis ꝑ
accidiam et negligens cõtra
ſalutem ſuam ꝛ ſubditorum
ꝛ huiuſmodi. Theſ. iij. Qui
non vult operari non man/
ducet nec crucifixum nec pa
trimoniũ crucifixi. Sex/
to expers fermẽti. odij. liuo/
ris ꝛ inuidie. Epulemur nõ
in fermento veteri. ꝛc. Leui
tici. xxij. Leproſus ꝛ immũ/
dus nõ veſcetur de his que
ſanctificata ſunt donec ſane
tur. Quẽcunqꝫ enim viderit
dominus in hac menſa non
veſtitum veſte nuptiali. id ẽ.
charitate. condemnabit di/
cens miniſtris. Ligatis ma
nibus et pedibus proijcite
eum in tenebras exteriores.
ibi erit fletus ꝛ ſtridor denti
um. Septimo non ſit ſal
ſus ſiti auaricie. quia ſal fa/
cit hominẽ nimis ſitire. Le/
uitici. xxij. Mercennarius
non comedet de ſanctifica/
tis. Mercẽnarius eſt. qui ꝓ
ſola mercede terrenoꝛuꝫ cu
ram ſuſcipit animarum. aut
pꝛomouetur. aut officiuꝫ ec
cleſiaſticum adminiſtrat. ta/
lis mercẽnarius non debet
edere de ſanctificatis. quia il
lud quo nihil eſt pꝛecioſius
pꝛo vili mercede eſtimat ve/
nale. Hic dicit. quanti mer/
cẽnarij ſunt in eccleſia bis ꝓ
auaricia celebꝛantes. cũ lai/
cus vix ſemel in anno com/
municare audeat. Auaricia
iam deſtruxit eccleſiã. Hie/
remie. vj. A minoꝛe vſqꝫ ad
maioꝛẽ omnes auaricie ſtu/
dent. Et. viij. A minimo vſ/
qꝫ ad maximum omnes aua
riciam ſequuntur. Gloſa in/
terlinearꝭ. Que eſt radix om
nium maloꝛuꝫ. Notabiliter
dicit Hieremias. ſtudẽt. qꝛ
nouas vias auaricie excogi
tant. vt ydiote ꝛ apoſtate ad
mittu ntur. multiplicantur
altaria pꝛeter neceſſitatẽ. in/
dulgẽtia multiplex miſſe vo
tiue mꝛte. reliquie falſe. que/
ſtuarij. ꝛ cetera huiuſmodi.
Hec ſeptem ſunt ita annexa
qꝫ ſi homo habet vnum ſine
reliq̃ nõ valꝫ. Vñ ꝑdicãdo
dic. Si es candidus vide qꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſis caſtus. Scḋo ſi es triti/
ceus. ⁊ ſic de ſingulis. Jam
impletū eſt quod dicit ꝓphe/
ta. Auaricia in capite omni
um platearū. iā in clauſtris
regnant yeſionite ſymonia/
ci. dathanici. id eſt. ſeditioſi.
chorite ambitioſi. alchami/
ſte violēti. mychanite nephā
diſſimi. ⁊ monſtra alia infini
ta. Breuiter auaricia deſtru
it eccleſiā dei.

## De paſſione domini.

Vos om
nes qui tranſit; ꝑ
viā. attendite et vi
dete dolorē meū. Trenoꝝ. j
Jſta ſunt verba ſaluatoris
clamantis ad nos de cruce
⁊ ad memoriā ſue paſſionis
excitantis. Totus igitur de
curſus paſſionis diuiditur
in quattuor partes. Primo
agitur de ſaluatoris doloſa
apprehenſione. Egreſſus ⁊c̄
Secundo de iniuſta ipſius
condēnatione. Tunc igitur
apprehen. pyla. ⁊c̄ Tercio de
ipſius iniqua crucifixione.
Suſceperunt ergo Jeſum
vt cr. ⁊c̄. Quarto de ipſ⁹ de/
nota tumulatione. poſt hec
rogauit. ⁊c̄. Egreſſus igitur
ieſus de cenaculo in quo pe
des diſcipuloꝝ lauerat. pa/
ſcha typicum celebrauerat.
ſacramentū inſtituerat. ſer/
monem fecerat. ⁊ orationez
ad patrez fuderat. tranſioꝛ.
ce. Sed quare in cenaculo
non expectauit proditorez.
Reſpondet Criſoſt. Docēs
per hoc ꝙ non vi ⁊ neceſſita
te. ſed volens ad paſſionem
iuit. eis obuiat. abſcidēs hiſ
qui inſidiabantur laborē et
docens non timere mortez.
Torrē. cedron ſic dicta pro
pter multitudinē cedroꝛuz.
Et vallis illa in qua fluebat
aqua ſic dicta erat. venit cuz
diſcipulis ſuis in villā geth
ſemany. vbi erat ort⁹. in quē
introiuit cum diſcipulis. vt
ſignificaret ſm Aug⁹. ꝙ pec/
catū cōmiſſum in orto deli/
ciarum. ſcz in paradyſo. per
paſſionē deleret. Nouit au/
tem iudas locū quia frequē
ter ſolebat ieſus ibi venire. ⁊
ibi ꝑnoctare. Nouerat etiaz
ieſum in feſt; diſcipulos do
cere aliq̄d ſublime ſm theo/
philū. ⁊ in locis ſecret;. ⁊ ma/
xime in mōte vbi ſe a tumul
tu ſubtraheret. quia dicebat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tunc diſcipulis. que nõ fuit
fas alios audire. ſm Criſo.
ideo petebat mõtes ꝛ ortos
ne mens auditoꝝ impedire
tur. ꝛ patet exemplũ orãtibꝰ
ꝛ docentibꝰ. Augꝰ. de Juda.
Jpe lupus inter agnos lo
cum pnotauerat. et ait diſci
pulis ſuis. Sedete hic do
nec orem Et aſſumpſit petꝝ
ꝛ iacobũ ꝛ iohẽz. Jllos tres
aſſumpſit. vt ſicut viderant
gloriaz domini in tranſfigu
ratione. ſic ꝛ infirmitatez in
triſticia. Et auulſus ẽ ab eis
q̃ntũ iactꝰ eſt lapidis. Aliq̃n
tulũ aſcendens collẽ montꝭ
vbi ter orauit eundẽ ſermo
nem dicens. Mi pr̃ ſi poſſi
bile eſt trãſeat a me calix iſte
Nota ꝙ oratio fuit hoĩs.
ſcꝫ humanitatꝭ chriſti ad di
uinitatẽ. Et reuerſus ad di
ſcipulos cepit contriſtari et
meſtus eſſe. ꝛ ait. Triſtis eſt
aĩa mea vſq; ad mortẽ. Jl
lud quod aſſumpſit propter
hominẽ triſtabať. Unð Am
bro. Quid doles ꝛc. Triſta
batur autẽ ꝑpter vitam. ꝑpter
matris deſolatõnẽ. propter
mortis ſue obliuionez. ꝑpter
malorũ iurationẽ. ꝑpter cru
cifigentiũ damnationẽ. et ꝑ
pter ſanguinis ſui in multis
inutilem effuſionẽ Et ꝑgreſ
ſus iterũ orauit ꝓcidens in
faciem ſuaz. ꝑpter inuocatio
nẽ patris ꝛ filij et ſpũſſan. ter
orauit. ꝛ venit ad diſcipl'os.
ꝛ inuenit eos dormiẽtes pre
triſticia. Et dicit petro. Sy
mon dormis. Dicit gloſa. ꝙ
petrus qui fuit p̃ ceteris gla
diatus. fuit pre ceteris incre
pandus. Non potuiſtꝭ vna
hora vigilare mecũ. vigilate
ꝛ orate vt nõ intretis in ten
tationẽ. i. ne tentatõe ſupemi
ni. Modus em̃ vincendi eſt
oratio. Erant em̃ oculi eorũ
grauati. qꝛ tarde comederãt
ꝛ vigilauerãt in ſermone Et
relictꝭ illis abijt tercio et ora
uit eundẽ ſermonez. dicens.
Abba pater. oĩa tibi poſſi
bilia ſunt. tranſfer a me cali
cem iſtũ. veruntñ nõ mea vo
luntas. ſed tua fiat. Apparu
it aũt illi angelꝰ cõfortãs eũ.
Et factꝰ eſt ſudor eiꝰ p̃ angu
ſtia ſicut gutte ſan. decur. in
ter. Nota q̃ꝫ copioſe ſudaue
rit. qꝛ priuſq̃ꝫ ſudor terrã te
tigiſſet. oĩa veſtimẽta ſua re
pleuerat Queriť q̃re ſangui
nẽ ſudauerit cũ alij hoĩes
morituri nõ faciãt. Rñdeo.
qꝛ aĩa ſua nature diuĩe cõ
iuncta ꝑſpicacius et clarius

B

dolorē mortis videre ⁊ ima ginari potuit ꝗ̄ alius purus homo. Et venit tercio ad diſcipulos ſuos. ⁊ ait. dormite iā̄ ⁊ requieſcite. ecce q̄ me tradet ꝓpe eſt. ſ. iudas. Adhuc eo loquente. venit iudas cū turba multa cū gladijs ⁊ fuſtibꝫ ⁊ cū laternis. ne latens in tenebꝛiſ fugere poſſet. ⁊ facibꝫ ⁊ armis. vt xp̄m terrerēt et ne reſiſtere poſſent. Turba militū ⁊ non iudeorum. ſicut dicit Aug⁹. quibꝫ tradiderat chꝛiſtū ꝑ precio. Ideo milites accepit a p̄ſide tanꝗ̄ ad tenendū reum. vt ſeruato ordine legitime poteſtatiſ nullis tenētibus reſiſtere auderet. quia nullus alium auctoritate propria. ſed iudiciſ capere debꝫ. Sed quare accepit miniſtros iſtos cū milites ad capienduꝫ haberet. Reſpondeo. Timuit iudas ne iudei zelo legis ducti. ſi chꝛiſtus a ſolis gentibus caperetur eis reſiſtere voluiſſet cum illo duplici exercitu venit quaſi ductoꝛ alioꝛum. Dedit autem eis ſignum dicens. Quecunꝗ̄ oſculat⁹ fuero ip̄e eſt tenete eū ⁊ ducite caute. Sed quare dedit eis ſignuꝫ cum omnes noſcerēt chꝛiſtū. qꝛ frequēter eis predicauerat ⁊ tot miracula coram eis fecerat. Rn̄deo ſm̄ Orige. Timuit ne mutaret faciem ſicut in tranſfigurati one. Uel ſm̄ Chꝛiſo. Timuit ne ptranſiens iret per medium illoꝛuꝫ. Luce. iiij. Uel ideo ne loco chꝛiſti caperent iacobū alphei. qui chꝛiſto ſimillimus videbat. Jeſus autem ſciens om̄ia que ventura erant ſup eū anteꝗ̄ euenirent ꝓceſſit. ſ. voluntarie. ⁊ dicit eis impterrite. Queꝫ queritis. Non querit q̄ſi ignoꝛans. ſed volebat oſtendere eis cū preſens eſſet ab eis non potuit cognoſci. Criſo. Jn medio eoꝛum exiſtens. eoꝛum oculos excecauit. Et enim eum non cognoſcebāt tenebꝛe non fuerunt in cauſa. quia lampades habebāt laternaſꝗ̄ tenebꝛas expellētes. Reſponderunt. Jeſum nazarenum. Jeſum qui ē ſalus querebant ad perdēdū. Dicit eis ieſus. Ego ſuꝫ qui me offero ſpontanee paſſioni. Stabat autem et iudas qui tradebat eum cum ip̄is excecat⁹ tamen vt ſigno oſculi eum traderet. Ut ergo dixit eis ego ſum. abierunt re-

trorſum. ⁊ ceciderunt in terram. Auguſtin⁹. Ubi ꝓ deo nunc militū cohors. vbi terror ⁊ munimē armoꝝ. vna vox turbā odijs ferocem. armis terribilem abſq; vllo telo percuſſit. repulit ⁊ proſtrauit. Quid iudicatur⁹ faciet q̄ hec iudicandus fecit. Quid regnaturus faciet qui hec facit moriturus. Ceciderant autem mole maloꝝ retrorſum. Iterum autem interrogauit eos. dicens. Quem queritiſ. Quare ſcd̄o querit dicit Criſoſto. vt daret materiā conuerſionis iudeis. Illi autem dixerunt. Ieſuz nazarenum. Dixi vobis. quia ego ſum. ſi ergo me queritis ſinite hos abire. Auguſtin⁹. Iubet inimicos. ⁊ hoc faciunt. ꝓpter iuſſum ſinunt abire quos nō vult perire. Ut adimpleretur ſermo quem dixit. quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quēq̄z Chryſoſtom⁹. Nō fuit ex ꝓpoſito miniſtroꝝ ꝙ capti non fuerunt. ſed magis virtute chriſti. Auguſtin⁹ autē dicit ꝙ chriſtus loquit̄ de ꝑditione anime. ſi enim tunc morerent̄ diſcipuli perirent quia non credebant tam firmiter. Simon ergo petrus habens gladium volens defendere magiſtrū non ſe. q̄a h̄ fuerat ꝓhibitū apl'is eduxit eū. clamando. Domine ſi percuti⁹ in gladio. et ꝑcuſſit ſeruū pontificis. ⁊ amputauit eius auriculā. Ictum fecit ad caput. ſed relapſus eſt ad aures. Erat nomē ſerui malchus. Dixit ergo Ieſus Petro. Mitte gladiū tuum in vaginā. om̄is qui accipit gladiū. gladio ꝑibit. i. ſentētia eterne dānatiōis. An nō pu. q̄ ro. pa. me. ⁊ il. exhi. mi. plus q̄z. xij. legiōes angeloꝝ id eſt. lxxij. milia āgeloꝝ. Calicē quē dedit mihi pr̄ nō bibam illuz. Aug⁹. dicit hic. ꝙ auris ꝓ domino amputatū. a domino eſt ſanata. Criſo. Miraculum fecit erudiens nos. q̄m̄ eis qui male faciūt benefacere oportet. Sz vnde petrus tā cito habuit gladium. Criſo. Audiens chriſtum tradenduz armauerat ſe gladio. Theo. dicit. ꝙ fuit cultellus q̄ vſus fuit ad eſuz agni paſchalis. Arguit̄ ex h̄ ꝙ papa habet vtrūq; gladiū quia dictum fuit. Ecce duo gladij hic. Criſoſtom⁹. Apoſtoli tunc imꝑfecti erant. q̄a

arma parauerant ad bellandum. Nota ſm Criſo. Chriſtus cũ traderet iudas veniens cũ exercitibꝫ terribilibꝰ oculis intuẽs ieſum. oſculatus eſt eũ dicens. Aue rabi. ſm magiſtrũ hyſtorie timẽs ꝙ magicis artibus poſſet ſe trãſformare ⁊ elabi. Oſculatus eſt eũ. Augꝰ. O ſignũ ſacrilegũ. o cõmentũ nephariũ. o palatũ puniendū. ab oſculo incipit bellũ. ⁊ ꝑ pacꝭ indiciũ rumpit pacis ſacrm ⁊ ꝑ quod ↄſueuerant homines pacẽ facere. ꝑ hoc ꝓphanus iudas voluit bellum inchoare. Ante oſculũ dicit ei ieſus. Juda oſculo filiũ hominis tradis. Amice. ad ꝗd veniſti. Scdm Orige. dixit amice improperãdo ſimulationẽ. Sequit de captione. Cohors ergo. i. multitudo militũ. ⁊ tribunus qui ꝑerat mille militibꝫ. ⁊ miniſtri iudeoꝝ cõprehen. ieſũ ⁊ ligauerunt. a quo potiꝰ ſolui debebant. ſm Augꝰ. Sed hic ſupplendũ eſt qđ dixit. tanꝙ̃ ad latronẽ exiſtis ⁊c̃. Et infra. Quotidie apud vos erã in tem. Criſo. Jn tẽplo non tenuerunt eũ ꝓpter turbã. ꝓpter qđ foras exiuit. vt ex loco ⁊ tpe daret aptitudinẽ capiendi. Capto ieſu oẽs diſcipuli fugerũt. Adoleſcẽs aũt quidã ſeqbat illũ. ⁊c̃. qui dicitur fuiſſe iohes. ſm alios ia. ⁊ duxerũt ieſū ad annã primũ. qđ fcm̃ fuerat. qꝛ fuerat pontifex ãno ꝑcedẽti Jpe ẽt erat ſenior et in malicia inueteratior. Uel ſm Bedam domꝰ anne fuit ducẽtibꝫ ieſũ propinquior. Erat autē annas ſocer cay. ꝗ erat pon. anni illiꝰ. Notandū ꝙ hi duo pontifices precio pontificatum ab herode comparauerant. ita ꝙ alternis annis ꝑſidebant. Erat aũt cayphas qui ↄſiliũ dede. iudeis. quia expedit ho. mori. Ecce ꝙ inimicus veritatẽ dixit. Unde Criſoſto. Tanta eſt virtꝰ veritatis vt inimici eam. perſonent tanꝙ̃ ab ipa veritate coacti Sequebat autem ieſū ſymon petrꝰ a longe. ſm Orige. quia fuerat eū negaturus. ⁊ alius diſcipulus. ſ. iohannes. Chriſoſt. Oibꝫ diſ. exiliẽtibꝫ ipe ſequit. ꝓpterea occultat ſeipm ⁊ ꝑponit pe. cauſa humilitatis. Diſcipulus ille erat notus pontifici ꝓpter quod introiuit cum ieſu in atriũ ponti. Petrꝰ autẽ

ſtabat ad oſtiũ foꝛ. quia fuit
chꝛiſtũ negaturꝰ. dicit gloſa.
Criſo. tamẽ dicit. ꝙ hec fuit
cauſa timoꝛis. ſed ꝙ ſeq̃bat
fuit cauſa amoꝛis. verunta/
men intraſſet ſi ei conceſſuz
fuiſſet. Exiuit ergo diſcipu/
lus ille qui erat notus pon/
tifici. ⁊ oſtiaria conſentiẽte in
troduxit petruz. Dixit ergo
petro ancilla oſtiaria. Nun/
quid ⁊ tu es ex diſcipulis ho
minis illiꝰ. Rabanus. Iſte
ſexus videt peccaſſe in moꝛ
te dñi. ⁊ per moꝛtez domini
redimi. Dicit ille. Non ſum.
Criſoſto. Nõne prius dixi/
ſti. ⁊ ſi opoꝛtuerit me moꝛi te
cum. ⁊c̃. Non miles erat iter
rogans. ſed vilis hoſtiaria.
Stabant autẽ ſerui ⁊ mini/
ſtri ad pꝛunas. erat autẽ pe/
trus calefaciens ſe cum eis
qꝛ frigus infidelitatis in coꝛ
de eius fuit. ſtetit cũ eis qua
ſi non eſſet diſcipulus chꝛi/
ſti. ſed aduerſarius. Sed q̃
re ꝑmiſit chꝛiſtus ꝙ tantus
apoſtolus caderet. Criſo. vt
petrus diſceret aliĳs compa
ti. ⁊ vt noꝛma indulgẽtie pec
cãtibus pꝛeberet. Pontifex
ergo interrogauit ieſum de
diſcipulis ſuis. Criſo. vbi eſ
ſent ⁊ cuius gratia collegerit
eos. ⁊ de doctrina eius. ſ. cu
iuſmodi eſſet. vtrũ ſm legez
moyſi vel ei cõtraria. Reſpõ
dit ieſus. Ego palam locutꝰ
ſum mundo in ſynagoga et
in templo vbi iudei cõueni/
unt. et in occulto locutꝰ ſum
nihil. Quid me interrogas.
Criſoſto. Inuitabat ponti
ficem ad teſtimoniũ audien
tium inimicoꝛũ. qꝛ etiam ve
ritas teſtimoniuz habet ab
inimicꝭ. vnde ſubdit. Inter/
roga eos qui me audierunt.
q̃ſi di. Interroga inimicos.
quia inſidiant mihi. ipi ſciũt
quid dixerim ego. Hoc cuz
dixiſſet vnus miniſtroꝛũ de
dit alapã ieſu. dicens. Criſo
ſtomꝰ. Hoꝛreat celũ excelſũ
patiat terra de longanimita
te dñationis ⁊ ſeruoꝛũ in de
uotione. creatoꝛ mundi filiꝰ
dei accepit alapam ⁊ ſeruus
eũ cedit qui om̃i pena dignꝰ
aut celeſti igne conſumi. aut
tra deĳciente abſoꝛberi. aut
arreptus a demonio voluta
ri. Sed q̇ ꝑ potentiã iubere
poſſet ꝑ quem factus eſt mũ
dus patientiã docere malu
it. Reſpondit ieſus. Si ma/
le locutꝰ ſum. teſti. ꝑhibe. ⁊c̃.
Sed quid mouit hunc ad
dandum alapam Reſpõdet

Theophilꝰ. ¶ Cũ ieſus iter
pellaſſet teſtimoniũ aſtanti/
um miniſtrorũ tanq̃ quon/
dã admirantiũ doctrinã ſu/
am. dixerant em̃. Nunq̃ au
diuimꝰ loqui ſic hoĩem. vo
lens ſe excuſare ille ꝙ nõ eſ/
ſet de his qui admirabãtur
ieſum ipe percuſſit. vel ad fa
uorẽ pontificis captandum.
multa em̃ fiunt contra crea/
torem propter humanuꝫ fa
uorem. Et miſit eum ligatũ
annas ad cayphã pontificẽ
Erat autem ſymon petrus
ſtans ⁊ calefaciens ſe. vide/
re volens quid pontifex de
ieſu iudicaret vtrũ eum ad/
iudicaret morti vel flagellis
ceſum dimitteret. Dixerũt
ergo ei miniſtri. Nũquid ex
diſcipulis eius es. Negauit
⁊ dixit. Non ſum. Dicit vnꝰ
ex ſeruis pontificiſ cogna. eiꝰ
cuius abſcidit petrꝰ auricu/
lã. Nonne ego vidi te in orto
cũ illo. qñ magiſter tuuſ fuit
captus. Iterũ petrus nega
uit. ⁊ ſtatim gallus cantauit
Criſoſto. O petre inquit. q̃
quãdo magiſtrũ detentũ vi/
dit ita efferbuit vt gladium
euaginauerit ⁊ auriculã ab/
ſciderit. quãdo autẽ cõtume
lias chriſti audiuit negator

chriſti efficitur. ⁊ vilis puelle
minas non ſuſtinuit. Remi/
gius. Quare ſũt praua ⁊ no
xia prauorũ hominũ ⁊ maxi
me mulieruꝫ colloquia. ipſa
quippe coegerunt Petrum
negare dominuꝫ quem ipſe
prius fuerat confeſſus eſſe
dei filiũ. Nota etiã q̃ pericu
loſuꝫ eſt morari in curiis pn
cipum ⁊ prelatorũ. Petrus
em̃ ſemel ĩtrauit curiã vbi vi
gorẽ animi perdidit et chri/
ſtũ negauit. Poſt trinam ne
gationẽ dominꝰ reſpexit pe
trũ. Poterat eſſe ꝙ chriſtus
ſteterit ad oſtiũ atrii. ⁊ petrꝰ
foris. ita tamen ꝙ reſpicere
poterat corporaliter cuꝫ. tñ
ſm Auguſti. reſpexit petruꝫ
inſpirando gratiã cõpuncti
onis. Vñ ſequit̃. Et recor/
datus eſt petrꝰ verbi domi/
ni. ⁊c̃. Nota de trina negatio
ne petri. quaꝝ prima facta ẽ
in domo anne requiſitꝰ per
oſtiariã calefaciens ſe. alie
due in domo caypbe. vna fa
cta ꝑ ancillã. alia ꝑ circũſtan
tes. Adducũt ergo ieſum
ligatũ ad pylatũ in ꝓtorium
vbi forte erat cayphas cum
pylato vt loq̄ret̃ de ieſu quẽ
ſtatim volebãt ſibi ꝓ̃ſentare
ſm Augꝰ. Erat aũt mane. ſ.

qñ ductus fuit ad pretoriũ. non qñ duct⁹ fuit ad domũ cayphe. qꝛ ad illam nocte ductus fuit ab anna. ꝛ examiatus ibidẽ. Et ipi nõ intro. in pretoriũ. vt non conta. ſed. ſ. mundi paſcha man. Jã eñ iudei inceperãt dies azimorũ. ꝛ reputarent cõtaminari ſe ſi introirent domũ alieni gene. ac per hoc ineptos ad mandu. paſcha. Aug⁹. O impia cecitas alienigene iudicꝫ pretorio contaminari timebant. ꝛ ſanguinis innocentꝫ effuſionem non timebant. De illuſione chriſti tota nocte ait Criſoſto. Qꝫ diligent inquit euãgeliſta ea q̃ videntur exprobratiſſima expõit. nec occultans aut verecundans. ſed maximaꝫ eſtimãs gloriam dominatorẽ orbis ꝑ nobis talia ſuſtinere. Exiuit ergo pylatus ad eos foras. ꝛ dixit. Quaꝫ accuſationem affertꝫ ad. hominẽ hũc. q̃ſi di. Sine cauſa nolo euꝫ damnare. Reſponderunt iudei. Si non eſſet hic malefactoꝛ. non tibi tradidiſſemus eũ. vbi primo apparet eoꝛum falſitas. Unõ Aug⁹. Reſpõdeant ab ĩmundis ſpiritibꝰ liberati, languidi ſanati. leprosi mundati. muti loquentes. ceci videntes. moꝛtui reſurgentes. ꝛ quod oĩa ſuperat ſtulti ſapiẽtes. Intrauit igitur ſm Hiero. medio tempoꝛe iudas audiẽs chriſtum ligatũ adductũqꝫ preſidi. ꝛ cogitans ꝙ chriſtus deberet moꝛti adiudicari. penitentia ductus retulit triginta argenteos. ſm Mat. Dixit. Peccaui tradẽs ſanguinẽ iuſtũ. Non valuit illa confeſſio iude. qꝛ nõ ꝓprio ſacerdoti facta eſt. quia iudei iam amiſerant officiũ. qꝛ chriſtũ linguis occiderunt. Uñ leo papa. quia etiã deſperat⁹ fuit. vnde ſi erat doloꝛ coꝛdis. ꝯfeſſio oris. ſatiſfactio opis. tñ deerat ſpes ſalutis. Dicit ergo eis pylat⁹. Accipite eũ vos. ꝛ ſm legẽ ve. iudi. eũ. Dixerunt ergo illi. nob nõ licet interfi. queq̃ꝫ. Aug⁹. Hoc dicebant ꝓpter ſolẽnitatẽ diei feſti quem iam celebrare inceperant. Criſo. Judei ſubiecti erant romanis q̃ eis abſtulerant poteſtatẽ interficiendi homies. vñ nõ eis erat prohibitũ lege diuĩa ſed humana. quia penes preſidem hanc poſuerant poteſtatem. Uel ſm eundẽ hoc dicebãt

de morte cruciſ que ſm eun/
dē exprobrabilis erat. vt ſer
mo ieſu imple. ſigni. q̄ morte
eſſet moriturꝰ. Introiuit ite
rū pylatꝰ ī pretoriū vt amo/
to ſtrepitu iudeoꝝ exq̄ſite ri
mareť cauſam chriſti. Et vo
cauit ieſum. ⁊ dixit ei. Tu es
rex iudeorū. qꝛ inter alia cri/
mina obiecta illud maxime
mouet cor pylati. ⁊ ideo ma/
gis req̄ſiuit de iſto. Reſpon
dit ieſus. A temetip̄o h̄ diciſ
an alij tibi dixerunt de me.
Hoc aūt interrogat chriſtꝰ
nō ignorans. ſed ex reſp̄ōſio
ne pylati. volēs detegere ma
liciā iudeoꝝ q̄ hoc ſibi impo
ſuerant. Rn̄dit pylatꝰ. Nun
quid ego iudeus ſum. q̄ſi d.
A meip̄o hoc nō accipio nec
hoc tibi impono. Naȝ gens
tua ⁊ pontifices tradiderūt
te mihi. Quid feciſti. Reſpō
dit ieſus. Regnum meuȝ nō
eſt de hoc mundo. id eſt. illi
quibus debeť regnū nō ſum
de hoc mūdo ſm affectionē
ſeu conuerſationē. ſed cōuer
ſatio eorū ī celis ē. Si d̄ hoc
mundo eſſet regnū meū. ⁊c̄.
nūc aūt regn meū nō ē hinc.
id eſt. mea regia poteſtas nō
oritur a terrenis. ſed a deo
patre. Dixit itaqꝫ pylatꝰ. Er
go rex es tu. Nō intellexit qꝛ
loquebatur de regno celeſti
Reſpondit ieſus. Tu dicis
qꝛ rex ſum ego. q. d. nō nego
quod tu dicis. ſed tamē non
veni regnare temporaliť ſȝ
ſpiritualiter. in homīb9 bo/
nis. Ego in hoc natus ſum.
vt teſtimoniū ꝓhibeā verita
ti. Omīs qui eſt ex veritate.
audit vocem meam. Dicit ei
pyla. Quid eſt veritas. Sed
pylatus nō expectauit ſolu/
tionem. quia aliquo tempo/
re indigebat et ip̄e propera/
bat ad chriſti liberationem.
Nam ſm Augꝰ. ſtatim venit
ad mentē pylati conſuetudo
iudeorū qua ſolebat eis vnꝰ
dimitti ī paſcha. ideo exiuit
ad liberanduȝ chriſtum. vel
quia inimicus veritatis non
fuit dignus audire quid eſ/
ſet veritas. Exiuit ad iude/
os ⁊ dixit. Ego in eo nullaȝ
inuenio cauſam. ſ. mortiſ. Eſt
autem conſuetudo vobis vt
vnū dimit. vobis in paſcha.
Iſta cōſuetudo introducta
fuit a romanis preſidib9 vel
a pylato in fauorē populi. vł
ob recordationē liberatiōis
populi d̄ egypto. Clamaue
runt omēs dicētes. Augꝰ. di
cit. Auelli ab coruȝ cordibꝰ

non potuit ieſum eſſe regem
iudeoꝝ. Non hunc ſed bar-
raban. Erat autē bar. latro.
vbi aggrauat̃ malicia iudeo
rū. quia eū pretulerunt chri
ſto. Nota ꝗ Luc̄. interponit
hic ꝗ iudei clama. di. cōmo-
uit populū do. ꝑ v. iudeā. ⁊c̄.
Et pylatus miſit eum ad he
rodem. qui gauiſus interro
gauit eū de multis ſermoni
bꝰ. ſed ieſus nihil ſibi reſpon
dit. Quia ſm̃ glo. Herodis
crudelitas non merebat̃ au
dire diuina. ⁊ quō ſpreuit eū
tanꝗ̄ impotentez. quia nul-
lum ſignuz fecit. tanꝗ̄ igno-
rantem. qr nullū verbum re
ſpondit. tanꝗ̄ ſtolidū. qr con
tra accuſantes ſe non defen
dit. Unde indutuz veſte al-
re. e. in ſignuz ꝗ nihil dignū
morte vel nullā peccati ma-
culaz inueniſſet in eo. Et fa-
cti ſunt amici herodes ⁊ py-
latus. Sic ⁊ adhuc iudei et
pagani reformant̃ i pace cō-
tra chriſtianos. pagani aper
te impugnāt. quia ſitiūt ſan
guinem noſtrū. Iudei occul
te. quia ſpoliant eccleſiam ſi
cut filij iſrael egyptios. Tūc
ſedente pylato ꝓ tribunali.
miſit ad eum vxor ſua dicēs
Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Mul-
ta enim paſſa ſum ꝑ vi. h. p-
pter illum. qſi. d. In viſione
mihi reuelatum eſt ꝗ ipē eſt
iuſtus. Et iō nihil cauſe ha-
bes ad interficiendum eum
Gloſa. Tunc demū intelle-
xit diabolus ſe per mortem
chriſti nudandum. et ſpolia
humani generis āmiſſuruz.
⁊ ideo per mulierem ſatagit
chriſtum eripere de iudeis.
ne per mortem chriſti ſuum
amittat imperium. Hoc au
tem intellexit ex gaudio ani
marum in limbo diabolus.
ſm̃ hyſto. Non autem pyla-
to hec viſio immiſſa fuit ſed
vxori. ſm̃ Criſoſtomꝰ. vt ex
verbis vxoris magis molli-
retur. vnde non dixit. Mul
ta vidi. ſed paſſa. vt vir vxo-
ri compatiens ad dimitten-
dū dominū cogeretur. Se-
quitur in Matth. quomo-
do pylatus diſiunctiuā de-
dit iudeis de ieſu ⁊ barra. ⁊c̄
Uidens autem pylatus ꝗ
nihil proficiebat. accepta aq̄
lauit manus ſuas. Remigiꝰ
Iſte mos apud antiquos
fuit volentes ſe īmunes oſtē
dere ab aliquo crimine. In
nocens ſum a ſanguine hꝰ.
Eclama. Sanguis eius ⁊c̄.
Tercio apprehēdit pylatꝰ

ieſum ⁊ flagel. Criſoſ. Per h̄
volens mitigare zelū iudai/
cum. Magiſter hyſto. dicit.
ꝙ adhuc veſtigia corpis ſūt
in columna. ⁊ militeſ plecten
tes de ſpinis coronaꝫ impo.
capiti eius. i. iuncis marinis
pungentibꝫ ad modū ſpina/
rū. Canti. iij. Egredimini fi
lie ſyon. ⁊ veſte purpu. circū.
eum. qua reges vti ſolent. et
dixerūt ei. Aue rex iudeorū.
q̄ſi di. Modo indutꝰ es in
ſtar regis. ⁊ dabant ei ala. et
expuebāt in faciē eiuſ. ⁊ har.
ꝑcuſſerunt caput eius. Hec
autem preſes iuſſit fieri chri
ſto ꝑ milites ſm Augꝰ. vt iu
dei chriſti obprobrijs ſatia/
ti amplius eius ſanguinem
non ſitirent. Scđm Criſo.
aūt. non hec fecerūt milites
de iuſſu preſidis. ſꝫ corrupti
pecūia a iudeis. Exiuit iteꝝ
pylatus foras. ⁊ di. eis foris
expectantibus eum dicens.
Ecce adduco vobis eum fo
ras vt cogno. quia nullā in/
uenio in eo cauſam. Auguſt.
Exiuit ieſus non clarus im
perio. ſed plenuſ obprobrio
portans ſpineam coronam
⁊ purpureā veſtē. in quibꝫ illu
ſerant ei milites pylati. qui
erant gentiles. Et dixit eis.
Ecce homo. Scđm Augꝰ.
Si regi inuideris. parcite il
li quē deiectū videris. flagel
latus eſt. ſpinis coronatꝰ eſt.
ludibrioſa veſte amictus eſt
amaris conuicijs illuſus eſt
alapis ceſus eſt. feruet igno/
minia. frigeſcat inuidia. Cū
ergo vidiſſent eum pontifi/
ces ⁊ miniſtri clama. dicen/
tes. Crucifige crucifige euꝫ.
Notandū ꝙ iudei ter petiue
runt vt chriſtus crucifigere
tur. ꝓpter quod ter agnꝰ dei
cantatur. Dicit eis pylatus.
Accipite eum vos ⁊ crucifi.
q̄ſi di. Nolo eſſe iniquus iu/
dex. Ego em̄ nō inuenio in
eo cauſam. Hoc autē verbū
accipite. ⁊c̄. non fuit verbuꝫ
mandatis. ſed execrantis fa
ctum iudeorū ⁊ retrahentis
ab accuſatione. Reſponde/
runt iudei. Nos legeꝫ habe
mus. ⁊ ſm legem debet mo/
ri. quia filium dei ſe fecit. Et
ita blaſphemauit. quia deuſ
de vtero ſuo non poteſt filiū
generare. Cuius contrariū
in Ps̄. Ex vtero ante lucife/
rum genui te. Cum ergo au
diſſet pylatus hunc ſmonē
m. ti. ſ. ne ſi dimitteret face/
ret contra legē. ⁊ ſi nō dimit
teret crucifigeret filium dei

Et ingreſſus iterū in pꝛeto
rtū.dixit ad ieſum. Unde es
tu.q.d. Habes ne diuinam
oꝛiginē ſicut filius dei. vl'hu
manaꝫ tm̄ ſicut homo pur⁹.
Jeſus autē rn̄ſum non de/
dit ei. vel ꝓpter difficultatem
queſtionis quā cape nō va/
lebat. vel ſm Criſo.opa ſua
ſufficient teſtabant de eius
oꝛigine. Dicit ei pylatus.ar
guens eum de taciturnitate
Mihi non loqueris.q̄ſi di.
Erras ꝙ queſtionē acverba
mea cōtemnis. Neſcis quia
poteſtateꝫ habeo dimittere
te.ꝛ poteſtatē habeo crucifi
gere te.ꝛ in hoc ſe ꝯdēnauit.
Un̄ poterat ſibi dicere xp̄s
Ex oꝛe tuo te iudico ſue ne
quā. Rn̄dit ieſus. Nō habe/
res in me poteſtateꝫ niſi tibi
datū eſſet deſup.a ceſare vel
a deo poti⁹ ꝑmiſſiue. Et ne
crederet oīno eſſe innocens
ſubdit.ꝓpterea qui me tradi
dit tibi mai⁹ pctm̄ habꝫ.ſ.iu
das vel turba iudeoꝝ. ergo
tu habes pctm̄ licet minus.
Exinde q̄re.py.di.eū. Nō q̄
ꝑus nō q̄reret h̄.ſꝫ mō magſ
ꝯſtant.ne.ſ.pctm̄ cōmitteret
īnocentē ꝯdēnādo.ꝓpter qḋ
tepide fecit. Qḋ vidētes iu/
dei clamauerūt. Si hūc di.
nō es ami.ce.i.ꝑdes amicici
am ei⁹. Hoc dicebāt qꝛ cre/
debāt ꝙ amoꝛi iuſticie ꝑpo/
neret amoꝛē ceſarꝭ. ſicut ma
li iudices faciūt. Omis ei q̄
ſe facit regē.ꝯtradi.ce. vſur/
pando ſibi qḋ eſt ceſarꝭ. No
ta ꝙ iudei accuſabāt xp̄ꝫ co/
raꝫ py.de ſubuerſiōe ꝑplī.de
ꝓhibitione tributi. de vſur/
patione nois regn̄.de attri/
butione nois diuini. Pyla.
aūt cū audiſſet hos ſmones
de vſurpatione nomis ꝛ ho
noꝛis regalis. territ⁹ timo/
re ceſaris.adduxit ieſum fo
ras ad locum publicum. O
dulciſſime ieſu quomō lude
bant de te ſicut pueri cum
pila. Fuiſti enim ductus de
oꝛto ad annam. ab anna ad
cayphā.a caypha ad pylatū.
a pylato ad herodem. ab he
rode ad pylatū. a pylato ad
iudeos extra.ab extra ad p̄/
toꝛium.ab intra ad ſedeꝫ iu
dicis.et tandem ad crucem.
Et ſedit pylat⁹ p tribu.in lo
co q̄ dicit lyco.i.in loco lapi
duꝫ varietate ſtrato. hebꝛaī
ce āt golga.id ē.collis ſubli
mitas ex coaceruatione la/
pidum. Erat autem para
ſceue paſche. hoꝛa quaſi ſex
ta. Hoc tp̄s fuit conueniēs

vt reparatio reſponderet lapſui. Primus homo hora ſexta ⁊ die ſexta tranſgreſſ⁹ eſt Paraſceue grece. latīe dicit preparatio. Et dicit iudeis. Ecce rex veſter. q. d. Mirū eſt ꝙ talem formidatis regē ſic abiectum ⁊ pauperem. cū regna non conſueuerunt appetere niſi diuitē ⁊ fortē. Illi autē clama. dicentes. Tolle tolle crucifige euz. ꝗ mors apud iudeos fuit turpiſſima ⁊ ſic interempti in nulla habebant memoria. Sed pylatus ad iudeorū opprobriū dixit. Regē veſtrū crucifigā. Se nequiſſimi iudei inuidia moti eum qui de genere ſuo erat ſuper ſe regnare noluerunt. ⁊ regno alienigene. ſcꝫ ceſarꝫ ſe ſubmiſerūt. Reſponderūt ergo pontifices. Regē non habemus niſi ceſarē. q. d. Iſte non eſt rex noſter. ideo nō eſt nobis ignominia. ſi crucifigat. imo ceſari iniuria ſi dimittit. Tūc pylatus videns ꝙ ſe ſubmiſerant poteſtati romanorū ꝙ impingebāt i eū. timens accuſari apud ceſarē ac perdere principatū. tradidit eis ieſum vt crucifige. Et ad hoc mouit pylatū fauor ppl̄i ⁊ timor regis terreni. Suſceperunt aūt ieſum coronatuꝫ ⁊ ad mortē dānatū milites. et eduxerunt eū extra ciuitatē vt crucifigerent eū. Et exuerunt eū clamide quo prius in contemptū induerant eū. Et induerunt eū veſtimentis ſuis. quia erāt magꝭ ſubtilia ꝙ̃ illa clamis coccinea. Et baiulans ſibi crucem exiuit in euz qui dicitur caluarie locum. hebraice autē golgatha. Hic locus fuit ignominioſus. quia decaluabantur ibi capita damnatoruꝫ. Dicit Ambroſi⁹. ꝙ ibi fuerit corpus ade ſepultuꝫ. tū Jeronym⁹ dicit ꝙ in hebron. ⁊ poſtea ibi tranſlatuꝫ. ⁊ illud conuenit myſterio. vt vbi habundauit delictū. habūdet ⁊ gratia. Hic Lucas inſponit de ſymone cyreneo ꝙ̄ fuit angariatus portare crucē ⁊c̄. Et quō cōuerſus ad mulieres flentes di. Filie hieruſalē. no. fle. ſu. me. ⁊c̄. Hec fuerūt impleta tempe obſidionis hieruſalem. vide in paſſionali de philippo et iacobo iſta. Et cū eo crucifixerunt duos latrones. mediū autē Jeſum. Duos latrones. ſcꝫ mundum et carneꝫ. qui ſunt

crucifigendi. Scripſit autē
titulū pylatus.et poſuit ſup
caput crucifixi. Theo. Me/
rito ſuper crucem fuit poſi/
tus titulus.quia regnū chri
ſti quod declarabat non hu
mane ſed diuine eſt poteſta/
tis. Erat autē ſcriptū. Jeſuſ
qui eſt ſalus eſſentialiter na
zarenus.quia ibi ꝯcept⁹ vel
educatus.rex iudeorū ad lit
terā velint nolint. Hunc er/
go titulū multi legerunt iu
deorum.q2 prope ciuitatem
erat locus vbi crucifixus eſt
ieſus.tum etiā q2 ſcriptuſ di
uerſis litterꝭ ꝓpter diuerſos
ꝛ multos qui ꝯuenerant ad
feſtū ꝛ etiā gentiles erāt. Un
de tribus liguis erat ſcript⁹
hebraice.grece.ꝛ latīe. Dice
bant ergo pylato pōtifices
iudeoruz. Noli ſcribere rex
iudeoruz. ſed quia dixit.rex
ſum iudeoꝝ. Hoc dixerunt
vt ex titulo nō oſtenderetur
chriſti dignitas ſed ꝑſūptio.
ꝛ vt chriſto mortuo auferrēt
famā cui abſtulerāt vitā Unī
Aug⁹. O furia o inſania.q̇d
cogitatis o iudei falſificare
chriſti verbuz.negare xpi re/
gnum.o ſtulti eterna eſt ꝓui
ſio.diuia eſt diſpoſitio.chri/
ſti eſt veritas que manet in/
eternum. Nunquid propte/
rea erit veruz ꝙ ieſus dixit.
Rex ſum iudeorū tituli con
firmatio. Reſpōdit pylatus
Qđ ſcripſi.ſcripſi.q.d. Sen
tentia quā vultis infligere.ꝛ
ſi a me eſt ſcripta . a deo ta/
men eſt dicta. a deo eſt fixa.
ꝛ immutabilis. Milites er
go cū cru.eum.acce.ve. Ex q̊
apparet ꝙ nudatū veſtimen/
tis crucifixerūt in cruce. Di
citur tamē ꝙ pia mater velū
ſuuz proiecit quo circa lum/
bos fuit coopertus. Et fece
runt q̄ttuor partes. vnicui/
ꝗ militi partem ꝛ tunicā. Ex
quo apparet ſm Aug⁹. ꝙ q̄t/
tuor fuerunt milites qui in
chriſto crucifigendo preſidi
ſubuenerant.ſm Criſo. Nil
taliū latronibꝰ fecerunt.ſm
Theo.forſan fecerunt ex q̄/
dam laſciuia hoc. Naz in ve
ſtibus ieſu nil ꝑcioſuz inue/
nerunt. Erat autē tunica in
conſutilis cū non fuerit inci
ſa . ſed tota continua . deſu/
per contexta.per totū.i.arti/
ficioſe ꝛ opere artificiali ela
borata.ꝛ ideo nō potuit con
uenienter diuidi. Ideo ſor/
titi ſunt ſuper eam cu⁹ eſſet
tota. Unđ dixerūt. Nō ſcin
damus eā ſed ſortiamur de

ſlla cuius ſit. Nam in paleſti
na eſt quoddā genus veſtiū
ex multis pannis contextū.
quaſi vnuʒ ſup aliud. ⁊ talis
erat tunica chꝛiſti. quā vt di/
citur fecerat mater domini.
in quo notatur paupertas
ſaluatoꝛis. Ut ſcriptura im
pleret dicens. Partiti ſūt ve
ſtimenta mea. ⁊c. Pſ. Nota
ꝙ illa diuiſio ſignat diuiſio/
nem eccleſie. Unde Auguſ.
Tunica illa ſoꝛtita ⁊ indiui/
ſa partium. eccleſie deſignat
vnitatem. quā heretici ⁊ ſciſ/
matici diuidere nequeunt.
deſuper contexta per totuʒ.
Auguſtinꝰ. Qui expers ē ca
ritatis. non inuenit̃ pertine/
re ad totum. Stabat au/
tem iuxta crucem mater eiꝰ.
⁊ ſoꝛoꝛ matris eiꝰ maria cleo
phe ⁊ maria magdale. Dicit̃
autem maria cleophe a pa/
tre ſuo. Maria iacobi mino
ris a filio ſuo. Maria alphei
a marito. Maria magdale.
a caſtro ſuo. Cum vidiſſʒ er
go matrem que ipm genue/
rat. lactauerat. que de moꝛte
doluerat. ⁊ diſcipulum quē
diligebat. ipe fuit iohannes.
⁊ ſe cauſa humilitatis non ex
pꝛimit. Dixit matri ſue. cuiꝰ
viuens ⁊ moꝛiens curaʒ ha
buit diligenteʒ. Ecce filius
tuus. quaſi di. Ecce moꝛioꝛ.
⁊ diſcipulum dilectū tibi lo
co mei derelinquo. Ipſe eni
virgo eſt. ⁊ ideo te virginem
iohāni virgini recōmendo.
O dulciſſima Maria quo/
modo penetrauerunt verba
iſta viſcera anime tue. qn̄ au
diebas tibi committi ꝓ tuo
filio filium piſcatoꝛis. ꝑ cre
atoꝛe filium zebedei. Dein/
de dicit diſcipulo. Ecce ma/
ter t. Pape ait Criſoſt. quan
to diſcipuluʒ honoꝛe hono
rauit. vt. ſ. ſuam matrem ſibi
daret in matrē. Auguſtinꝰ.
Exemplo ſuo inſtruxit nos
vt filij parentum curam ha/
beant. Si enim chꝛiſtus in
ligno crucis pendens nō fu
it oblitꝰ ſue matris. nec nos
pꝛopter crucē penitentie vel
votum religionis parentuʒ
debemus obliuiſci. Et ex il/
la hoꝛa accepit eam diſcipu
lus in ſuam matrem vel cu/
rā. vel in ſua. accuſatiuo plu/
rali. id eſt. ī ſua obſequia. ſer/
uicia. officia. Et nota ꝙ poſt
maternam allocutionem et
recōmendationem diſcipu/
lo elongauerūt ſe a cruce ꝓ/
pter milites et iudeos ma/
trem irridentes. ſic tamē ſta

bant a longe ꝙ in ꝯſpectu
eius preſto erant. ait Aug⁹.
⁊ ꝙ eis loqui poterat. A lon
ge autem erant reſpectu tur
be propius ſtantis cum cen
turione et militibus. Et no/
ta ꝙ poſt maternam allocu/
tionē facte ſunt tenebre ſu/
per vniuerſam terram. ſm
Lucā tribꝫ horis. que ſignā
tur per tria matutina in illo
triduo. Fuit autem hec ecly
pſis ſupernaturalis ratione
temporis. quia non fit niſi
in coniunctione ſolis ⁊ lune
que eſt in fine lunatiōis. tūc
autem erat luna plena. Ra
tione durationis. quia ecly/
pſis ſolis quaſi ad momen/
tum durat propter motum
ſuum. ſed tunc durauit tri/
bus horis. Ratione genera
litatis. quia non poteſt fieri
naturaliter per vniuerſā ter
ram propter paruitatem lu
ne ex cuius interpoſitiōe fit
eclypſis. Et ſm ordinem hy
ſtorie. Circa horam nonam
ſm Mar. clamauit ieſus vo
ce magna. pre nimia angu/
ſtia. In hoc valido clamore
notatur virtus diuinitatis.
quia pur⁹ homo in puncto
mortis ita fortiter clamare
non potuit. Hely. hely. vl' he

loy heloy. quod idem eſt. id
eſt. deus meus. cuius ſum fi
lius per naturam inquantū
deus. ⁊ in quantuꝫ homo ꝑ
vnionis gratiam. Vnde hec
geminatio oſtendit in eo du
plicem naturam. Lamaza/
bactani. Quod eſt interꝑta/
tum. vt quid me dereliqui/
ſti. id eſt. penis ⁊ morti me ex
poſuiſti ſm humanitatem. q̄
deo permittente poteſtati ꝑ
ſequentium erat expoſita.
Unde gloſa. Subtraxit ꝓ/
tectionem. ſed nō ſoluit vni/
onem. Vel hoc dixit chriſt⁹
ſm Origenē. propter ingra
titudineꝫ peccatorū de chri
ſti paſſione. Vel ſm Raba/
nū. Factus aduocatus eo/
rum deplorat culpam quo/
rum ſuſcepit miſeriam. In
quo oſtendit quantum flere
debeant qui peccant. quan/
do ſic fleuit qui nunq̄ pecca
uit. Poſtea ſciens Ieſus
quia iam conſummata ſunt
omnia. que ſcilicet lex ⁊ pro/
phete de ipſo predixerant.
quia tamen adhuc aliquid ī
ſcriptura conſummandum
reſtabat. vt ꝯſummaret ſcri/
ptura q̄ntū ad ſe. Dixit. Si/
tio. tanq̄ ſi diceret ſm Au/
guſ. hoc minus feciſtis. da/

te quod eſtis acetū. degene/
rantes a vino prophetarū ⁊
patriarcharū. ⁊ ſcriptura to
ta erit impleta ⁊ conſumata
quia iam maledictū factus
ſū pendēs in ligno ⁊c. Uas
ergo poſitum erat aceto ple
num. Dicunt quidā ꝙ vinū
ad bibendum portauerant.
quod propter calorē in ace/
tum cōuerſum eſt. Alij ꝙ ad
accelerandū mortez domini
hoc fecerunt. vt ſic citius ab
eius cuſtodia liberarentur.
Dicunt em̄ quidā ſm magi
ſtrū hyſtorie. crucifixos citi⁹
mori ſi acetū cum felle potēt
Jlli autem ſpongiam aceto
plenam. circūponentes yſo/
po obtulerunt ori eius. Hu
ic autē ſpongie yſopo circū/
poſite ſupponebatur harun
do qua in altū ori chriſti po/
culum illud porrigebatur.
Scđm autē Theo. harun/
do habet frondes yſopo ſi/
miles. ⁊ ſic fuit triplex offici
um harundinis. habuit em̄
officiuz ſceptri ad illuſionē.
officium baculi ad ꝑcuſſio/
nem. officiū ꝓpinaculi ad po
tationem. Jſti ergo habue/
runt magis aſpectū ad ſitim
corporalē chriſti quā ꝓpt la/
borem ſuſtinuit. q̄ȝ ad ſpiri/
tualem que erat feruens de
ſiderii de ſalute hominū. ſi
cut dicit Bern. Dicit tamen
Aug⁹. Damnatorū poculuȝ
ſaluatori ꝓpinatur. ꝓpinator
fontium potat̄ aceto. mellis
dator cibatur felle. flagellat̄
remiſſio. condemnat̄ venia.
illuditur maieſtaſ. irridetur
virtus. ꝑfunditur ymbrium
largitor ſputis. Cū ergo ac/
cepiſſet acetū. dixit. Conſu/
matuȝ eſt. ſcȝ quod erat ſcri
ptum de me et qđ in me de/
bebat fieri ante ſpirit⁹ emiſ/
ſionem. Aug⁹. Nihil reman
ſerat autē qđ anteq̄ȝ morere
tur oportebat fieri. Et incli
nato capite tradidit ſpiritū.
ſcȝ non inuite. ſed qn̄ voluit
Auguſ. Quis ita dormit ſi/
cut chriſtus mortuuſ eſt qn̄
voluit. quantū ergo timēda
eſt poteſtas iudicis. ſi tanta
apparuit poteſtas morientſ.
Chryſo. Nō quia expirauit
inclinauit caput vt ceti mor
tales. ſed quia inclinauit ca
put expirauit. Tradidit au/
tem animaȝ ſm Grego. Si
enim aliū ſpiritū q̄ȝ animam
diceret. exeunte ſpiritu aīa
remanſiſſet. Tradidit autez
ſpiritū deo patri ſm Theo.
quia aīe ſanctoꝝ deuenerūt

ad manus dei. animabꝫ im/
piorū ad locum penarū de/
ductis. Nota ꝙ pater tra
didit filiū ex charitate miſe/
ricordie. Roma. viij. Propo
filio ſuo non pepercit deus.
Filius tradidit ſeipm̄ ex hu
militate obediētie. quod de
ſignabat capitis inclinatio.
Judas tradidit ex cupidita
te auaricie. Mat. xxvj. Qui
tradidit euz dedit eis ſignū.
Judeus tradidit ex ranco/
roſitate inuidie. Mat. xxvij
Sciebat enim ꝙ ꝑ inuidiaz
tradidiſſent eū. pylatus ex ꝑ
uerſitate iuſticie. timebat ei
ceſarem. Ip̄e chriſtus tradi
dit patri ſpiritū ex ſtabilita/
te confidentie. Sed q̄re ſic
deuote ſpiritū cōmendauit.
Nunquid timuit ꝙ demon
obuiaret ei in exitu a corpo/
re tanq̄ȝ aliquid ſui in eo in/
uenire credens. Rn̄deo. Ut
ſicut patrem inuocando fili
um dei ſe eſſe oſtēdit. ſic etiā
ſpiritū cōmendando ꝯfiden
tiam eiuſdem cū patre pote
ſtatꝫ deſignaret. Scdm̄ Be
dam. vt ereptionis animaꝝ
de inferno ⁊ earuz in manu
domini cōmendatiōis ſe au
ctorem oſtenderet. Scdm̄
Tulliū. vt vniuerſos morta

les viuificatos chriſtus pa/
tri ꝑ ſe cōmendaret. Scdm̄
Athanaſiū. Nam ſum⁹ mē/
bra illius corporis cui⁹ ipſe
eſt caput. vt in hora mortis
noſtre cōmendandi ſpirituz
creatori ſuo nobis exemplū
daret. Dicit tamen quedam
gloſa. Thob. vj. Q demon
ſtabat ſuꝑ brachiuz crucis.
conſiderans an chriſtus ali
quā peccati maculā haberet
Sed ſi glo. verum dicat ne
ſcio. hoc ſcio ꝙ chriſtus dia/
bolum non timuit. quia ꝑfe
cte beatus fuit. De rōne au/
tem ꝑfecte beatitudinis eſt
ſecuritas ſaluationis. et co/
gnitio ſecuritatis. ⁊ ideo hu
ius recōmēdatōis timor cā
nō fuit. Poſt hec ſm̄ Mat.
velū templi ſciſſuz eſt a ſum/
mo vſq̄ȝ deorſuz. ⁊ terra mo
ta eſt. et petre ſciſſe ſunt. Et
merito. quia in illa hora co/
rū dominus patiebat̄. Un/
de Dyoniſi⁹ ſcribit ad poli/
carpū. cū videret diem inna
turalem ſe dixiſſe. aut deus
nature patitur. aut tot⁹ mū
dus diſſoluet̄. Monumen/
ta aperta ſunt. multa corpo
ra ſanctorū qui dormierant
ſurrexerunt. ⁊ exe. de mo. in
tro. in ſanctā ciui. ⁊ ap. mult̄.

E

Credendũ eſt ſm ꝙ ait Re/
migius. ꝙ ideo ſurrexerunt
vt eſſent teſtes reſurrectõis
dominice. ꝙ nõ eſſet niſi in
ĩpis eſſet reſurrectio cõſum/
mata. ⁊ ideo nõ in terre pul/
uerem vt quidã dicunt redi
erunt. ſed cum chriſto celos
aſcendente pariter aſcende/
runt. Huiuſmõi autẽ fuerũt
adam eua noe abraam yſaac
moyſes dauid et multi alij.
Centurio aũt et qui cum eo
erant cuſtodientes ieſum vi
ſo terremotu ⁊ his q̃ fiebant
timuerunt valde dicẽtes. ve
re filius dei erat iſte. Se
quitur in Johe. Judei ergo
vbi deſcribit᷑ vulnerãdi oc/
caſio que fuit petitio iudeo/
rũ a pylato de fractione cru
riũ. ⁊ hoc ne ſabbato ſequen
ti corpora eorũ in patibulis
remanerent ꝑut in lege eoꝝ
ſtatutũ erat. Erat eĩ ille ma
gnꝰ dies ſabbati paſche. ro/
gauerunt pylatũ vt frange/
rent᷑ eorũ crura ⁊ tollerent᷑.
non quidẽ crura. ſed ſm Au
gꝰ. hi quibꝫ frãgebant᷑. ideo
crura frangebant᷑ vt more/
rentur et auferrent᷑ ex ligno.
ne pendentes in ligno ma/
gnũ diez feſti ſui diurni cru/
ciatus fedarent. Vulneri in

flictio. Venerũt ergo mili
tes. vel accepto mãdato a p̃/
ſide. ⁊ primi quidem. ſ. latro/
nis fregerunt crura. ſ. qui ad
huc viuebat. et alterꝰ latro/
nis. qui ſimilit᷑ viuebat. No/
mina latronũ. Diſmã pepen
dit a dextris. ⁊ geſmã a ſini/
ſtris. Hoc aũt fecerũt. quia
ſm legem ſol nõ debebat oc
cidere in ſupplicio homĩs. et
ne homicide ⁊ tortores ĩ die
feſto cenſerent᷑. Ad ieſuz au/
tem cũ veniſſent ⁊ viderunt
eum iã mortuũ. Mortuus
eñ fuit qñ voluit. quia pote
ſtatẽ ponendi aĩam ſuã re/
ſumẽdiq; habuit. Decuit au
tem chriſtũ hora nona expi/
rare vt nõ exiret eius anima
anteq̃ʒ adaz de paradyſo ex/
iuit. ⁊ illa hora ianus paradi
ſi clauſa fuit propter delictũ
ade. et hic eadez hora ianua
regni aperta eſt ꝑ meritum
paſſionis dominice. Nõ fre
gerunt eius crura. quia iam
mortuus fuit. Sed vnꝰ mi
litum. qui vt dicit᷑ longinus
vocabatur. lancea latus eiꝰ
aperuit. ⁊ cõtinuo exiuit ſan
guis ⁊ aqua. Jn hoc apparet
ꝙ chriſtus fuit tranſlancea/
tus mortuus vt figura con
cordet cum veritate. ſ. ꝙ eua

fuit ſumpta de latere dormientis ade. ⁊ eccleſia de latere dormientis chriſti in cruce eſt formata. Licet aliqui ſentiant chriſtuꝫ vinum adhuc fuiſſe tranſſanceatum. quod tamen nō tenet eccleſia. Facti teſtificatio. Et qui vidit teſtimoniū perhibuit. Non ab alio audiuit. ſed per ſe vidit. Dicit magiſter hyſtoria. ꝙ ille qui latus aperuit cuꝫ viſu caligaret. oculos ſuos ſanguine tangente clare vidit. Et verum eſt teſtimonium eius. ⁊ ille ſcit qꝛ vera dicit vt ⁊ vos credatiſ. Hic longinus cōuerſus ad fidē chriſti. magnas paſſiones ꝓ chriſto ſuſtinuit. ⁊ miraculis claruit. tandem capite truncat⁹ in domino quieuit. In ceſarea capadocie. xxviij. annis monachicā vitā duxit. Scripture verificatio. Facta ſūt enim hec vt ſcriptu. implere. Os non cōminuetis ex eo. Quod dicit Exodi. xij. in teſtimonium. ſ. ꝙ chriſti crura non fuerunt fracta. Et iterū alia ſcptura dicit. Videbūt in quē tranſfixerunt. qđ ſcribitur Zach. xij. Hoc teſtimoniū plene videbit in die iudicij. qꝛ tunc apparebit cū oīb⁹ cicatricib⁹. Apoc. j. Videbit eū omīs oculuſ. Poſt hec hic vltimo agit de xpī ſepultura ⁊ tumulatiōe. Poſt hec ſcꝫ paſſionē ⁊ mortē. rogauit pylatū ioſeph ab ari. ciuitate iudee. que fuit ciuitas elchane ⁊ ſamuelis. j. Regū. j. eo ꝙ eſſet diſcipul⁹ ieſu. non vn⁹ de. xij. ſed de. lxx. vel vn⁹ de numero credentium qui tunc diſcipuli vocabant. occultus autē ꝓpter metum iudeorum. Sed quomō fuit auſus rogare de hoc pylatū Rñdeo ſm Aug. Joſeph ratione dignitatiſ audacter acceſſit ad pylatū. in hoc nō timens eos. ſ. iudeoſ. qm̄ non videbatur cauſa diſcipulat⁹ ſed magis cauſa pietatis adueniſſe vt funeri officiū impenderet. Vel poteſt dici ꝙ iam ſeuicia iudeorum vtcunꝙ ſedata erat. quia aduerſ⁹ chriſtum gaudebant ſe preualuiſſe. et ideo non curabant de ſepultura. Propter quod nec ioſeph timuit. Rogauit inquā vt tolleret corp⁹ ieſu đ cruce. ⁊ ſepeliret. quia ſm leges humanas corpora damnatorum ſepeliri nō poterant ſine iudicis licentia. Et permiſit pylatus de

poni ⁊ ſepeliri. Nota ꝙ Jo/
ſeph dicebať nobilis decu/
rio. ſm alios euãgeliſtas. qꝛ
de curie oꝛdinatiõe admini/
ſtrabat hñs ſub ſe decẽ mili
tes. ſic cẽturio. c. pẽtarchꝰ. l.
Scđm Lu. Uir bonꝰ. ſ. in
teriꝰ in coꝛde. ⁊ iuſtꝰ. ſ. exteriꝰ
in ope. ⁊ q̄ntũ ad malũ cauẽ/
dum. Quia hic nõ ꝯſenſerat
ꝯſilio ⁊ actibꝫ eoꝝ. Unde de
iſto putant aliq̄ iſtũ Pš. ſcri
ptũ eſſe. Beatꝰ vir q̄ nõ abi. i
ꝯſi. impi. ⁊c. Uenit aũt nico/
demꝰ q̄ venerat ad ieſũ noc.
primũ. Joh. iij. q̄ ⁊ ipe diſci/
pulus fuerat ieſu. ſ3 occultꝰ.
iõ venerat nocte ad xp̄m fe/
rens mixturã p̄cioſa3. qꝛ mir
rã ⁊ aloes. q̄ ꝯſeruãt coꝛpo/
ra a putrefactiõe. Et ex hoc
apparet ꝙ nõ habebãt vera3
fidẽ reſurrectiõis. volentes
coꝛpus dñicũ a coꝛruptione
p̄ſeruare. cũ ſcriptũ ſit. Non
dabis ſctm̃ tuũ vide. coꝛ. Ac
ceperũt ergo coꝛpꝰ. ioſeph q̄
a pylato petierat. ⁊ Nicode/
mus. q̄ vngentũ attulerat. ⁊
ligauerunt eũ lintheis cum
aroma. ſ. ip̄m ꝯdientes. ſicut
mos eſt iudeis ſepelire. q. d.
nõ ſepelierũt eũ ſic ꝯdẽnatũ
ſed honoꝛifice vt magnu3. ⁊
ita vterq3 ip̄m inuoluit. Ex
hoc inoleuit mos eccľie. ſm
Bedã. vt coꝛpꝰ dñicũ non in
ſericis ⁊ auro textis. ſ3 in mũ
da ſyndone ꝯſecreť. Erat aũt
in loco vbi cruci. eſt ieſus oꝛ
tus ⁊ i oꝛ. mo. no. ſ. ꝙ ioſeph
q̄ mercatꝰ eſt ſyndone3 exci/
dit in petra ad ſui coꝛpis ſe/
pulturã. ſm Mar. Et bene
nouũ diciť. qꝛ ſubdiť. in quo
nõdũ q̄ſq3 poſitꝰ fuerat. De/
cuit aũt coꝛpꝰ xp̄i ſepeliri in
monumẽto nouo. ad deſig/
nãdũ ꝙ ſic in vtero marie ne
mo ante illũ. nemo poſt illũ
ꝯceptꝰ ſit. hic nemo ante illũ
nemo poſt illũ ſepultꝰ ẽ. Ad
innuendũ etiã ne cuiuſq3 al/
teriꝰ qui cũ eo iaceret reſur/
rectio facta exiſtimareť. Ad
deſignandũ ꝙ p̄ xp̄i ſepultu
ram moꝛte abſoꝛpta ⁊ coꝛru
ptione deſtructa in nouita/
te gratie refoꝛmemur. vnde
baptiſmus in vigilia paſche
antiquitꝰ celebꝛabatur. Ad
deſignãdũ ⁊ ꝙ xp̄s p̄ fidẽ re
condiť in aĩo innouato. Fu
it hoc monumẽtu3 de petra
exciſum. coloꝛ petre rubicũ/
dus ac aliȷs coloꝛ. bus per/
mixtus. et rotunda fuit ſm
Bedã. Ibi ğ. ſ. in monumẽ/
to nouo. propter paraſceuẽ
iudeoꝛum. i. ſextam feriam

p̄cedentē ſabbatum. in q̄ ne
ceſſaria ſabbato poterant p̄
parari. ⁊ qꝛ iā veſpa approp̄i
quabat qn̄ opari licebat. vn̄
Matth. dicit. ꝙ iam ſero fa
ctū erat. ſ. breuitate tp̄is vr/
gente. i. ꝓpe ſero erat. qꝛ iux/
ta erat monumētū poſuert
Ieſum. Theo. Attende inq̇t
habundantiā ſuſcepte p̄ no
bis paup̄tatis. Nā q̄ domū
in vita n̄ habuit. pꝰ mortē q̄ȝ
alieno ſepulchro reconditꝫ.
⁊ nudus exiſtēs a ioſeph o/
peritꝫ. Clauſus aūt fuit in tu
mulo q̄ cūcta claudit ſuo pu
gillo. Notandū ꝙ a veſpa
in veſperam illius diei in q̄
dn̄s eſt crucifixꝰ nulla eſt ho
ra in q̄ aīa deuota nō poſſit
aliq̇d deuotuȝ cogitare. In
prima veſpa pōt cogitare pa
ſche legalis celebrationē et
noui inſtitutioneȝ. In p̄nci
pio noctis ſaluatoꝝ p̄dicati
onē ⁊ diſcipuloꝝ informati/
oneȝ. In ſcd̄a vigilia noctis
xp̄i ōzonē. cōp̄henſionē ⁊ ne
gationē. In galli cantu xp̄i
illuſionē. faciei ceſionē. ⁊ h̄ī
domo anne. In mane illuſi
onē. colaphizationē. genaꝝ
p̄cuſſionē. ↄſpuitōnē ⁊ faciei
velationē. In hora tercia ac
cuſationē. inclamationē In
hora ſexta crucifixionē ⁊ ma
tris recōmēdationē. In ho
ra nona acetoſaȝ potationē
exclamationē. ſpūs cōmen/
dationē. et ipīꝰ emiſſionem.
In veſpa clauoꝝ extractio/
nē. corpis depoſitionē. depo
ſiti curatōnē. ⁊ curati tumu
lationē. Sed q̄re xp̄s vo
luit ſepeliri in alieno ſepul/
chro. Rn̄deo ſꝫ Aug. Quia
p̄ alioꝝ moriebatꝫ ſalute. Ut
q̇d eīm illi ꝓpria ſepultura q̄
tm̄ tridui tp̄is in ſepulchro
iacuit. nō tm̄ mortuꝰ q̄ȝ velut
in lectulo ↄquieuit. Sepul
chrū eīm mortꝭ eſt habitacu/
lū. Xp̄s autē q̄ vita ē nec opꝰ
habet habitaculo defuncto
rū. Sicut nec indigebat vt
corpus eiꝰ ↄdiretꝫ. qꝛ colitꝫ re
ſurrecturū ⁊ nullā corrupti
onē viſurū De ſepulchris
clauſura nota ꝙ ioſeph et ni
codemus aliȷ̄s deuotis eis
aſſiſtentibꝫ aduoluerūt ma/
gnū lapidē ad oſtiū monu/
menti. Qd̄ diuina diſpenſa/
tione factū fuit ſm̄ Augꝰ. ne
ſi in terra ſepultꝰ fuiſſet. vel
paruus lapis appoſitus fuiſ
ſet p̄ ſuffoſſionē ſublatꝰ opi
naretꝫ. De ſanctaꝝ mulie/
rū aſſiſtentia. Nota ꝙ ſede/
rūt ↄtra ſepulchrū Maria



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magdalene. et maria iacobi minoris. et ioſeph mater. et ſalome. aſpicie͂tes vbi poneretur corpus p̄dilecti magiſtri. Sed nunq̄d pia mater chriſti ſepulture i͂terfuit. pie credi pōt q̄ ſic. de h̄ tn̄ nihil certi ſcribit. Forſan ei͂ ipaꝫ q̄ſi femina͂ doloris gladio ō aperto latere filij tranſfixaꝫ. ad hoſpicium reduxerat filius ſuus ꝛ miniſter Jo. qua͂ forte ſecuta fuit ſoror ſu. mater iohis. De ſanctaꝝ mulieꝝ dilige͂tia. Nota ſm Lu. q̄ reuertentes de tumulatione xp̄i parauerūt aromata ꝛ vnge͂ta. q̄b9 poſt ſabbatum vngere͂t corp9 ieſu. Non em̄ fide͂ debita͂ habeba͂t. Sola mater chriſti q̄ fide͂ pfectam de celeri reſurrectio͂e habebat. de p̄paratio͂e vnge͂torū nō curabat. Sed ma. magda. q̄ viuent꞉ corp9 vnxerat. etia͂ corp9 mortui crede͂s ide͂ eſſe in numero. vngere volebat et ſil'r alie marie. Sꝫ qn̄ vnxerunt Rn̄deo. q̄ in paraſceue ſepulto dn̄o. ſm Beda͂. q̄diu licuit opari. i. vſq; ad ſolis occaſum fuerūt in vngentis p̄para͂dis occupate. vnd̄ poſtea vſq; ad aliam veſpera͂ quieuerunt. Vn̄ dicit Lu. q̄ ſabbato ſiluerūt. id eſt. q̄euerūt.

Fili mi ab

ſolon. abſolō fili mi. q̄s mihi det vt ego moriar p te. ij. Regum. xviij. Quia ſm ap'm de re cara et p̄cioſa qua͂t9 eſt labor in acq̄rendo tant9 eſt dolor in perdendo. Jdcirco in v̄bis p̄poſitis allegorice ſumpt꞉ virgo maria ſicut ſingulari dilectione genuit ſaluatoreꝫ. ſic in paſſio͂e ei9 acerbiſſima planctū ſingulare͂ exp̄mit ꝛ dolorem. p̄pter quod beata virgo duo facit. Plangit nobilitatem filij morient꞉ p̄pter amorem incōparabile͂. ibi. fili mi abſo. ꝛc̄. Tangit anxietatem matris ɔdolentis p̄pter dolore͂ intolerabile͂. ibi. q̄s mihi det. ꝛc̄. Geminat planctū. q2 in duplici curia mouet q̄rimonia͂. ſ. angelorū et hominū. ꝛ p̄pter diuinitateꝫ inhonorata͂. ꝛ humanitateꝫ maceratam. Sciendūꝫ ergo q̄ plangit beata virgo morteꝫ dominice paſſionis ſub nomine abſolonis. ꝛ hoc q̄druplicitier. Fuit enim abſolon pulcherrimus elega͂tia. dulciſſimus eloquentia. delega

tus exilio.lanceatus arboꝛꝫ
impendio. Sic iſte filiꝰ ma/
rie.fuit ampliꝰ ſpecioſus foꝛ
ma.per puritatē incarnatio/
nis.gratioſus in lingua per
ſuauitatem ꝑdicationis.ex/
ul in mundo per pauperta/
tem conuerſationis.ſuſpen
ſus in ligno per vilitatē paſ/
ſionis. Pꝛimo igitur bea
ta virgo plangit filiū ſub no
mine abſolonis.dicens. Fi/
li mi. De elegantia eius legi
tur.ij. Regū.xiiij. Poꝛro ab
ſolon vir pulcher erat in om
ni iſrael ⁊ decoꝛꝰ nimis a ve
ſtigio pedis vſq3 ad verticez
non erat in eo macula.ſemel
autem in anno tondebatur.
ponderabatq3 capillos capi
tis ſui ducentis ſiclis ponde
re publico. Dicit mgr̄ hyſto
riarū. Foꝛte huiuſmōi pon/
deris erat tonſura eius. vel
hoc pꝛecio emebāt eam mu/
lieres vt ſuboꝛnarēt crines
ſuos. Sic etiam chꝛiſtus fu
it ſpecioſus foꝛma pꝛe filijs
hominū per puritatez incar
natōnis. Erat enī dei filius
in qno relucet oīs pulchꝛi
tudo ꝑ diuinā naturā.⁊ filiꝰ
ꝟginis. q̄ ꝯm Anſ. eſt mater
puriſſima ea puritate q̄ ma/
ioꝛ non poteſt eſſe ſub deo,

Uidens igiꝭ maria tantam
pulchꝛitudinē in paſſione ꝑ
flagellis liuidā.ſanguīe cru/
entatā.clamat cū doloꝛe.fili
mi abſolon.nō ita deſpicabi
lem ſpūſſ.te in vtero meo ge
nuit.non ita defoꝛmē mun/
do te edidi.nonne tu ſereni/
oꝛ ſole.pulchꝛioꝛ abſo. Du/
plicitas chꝛiſti dupliciter ex
cedebat.ſ. angelicā ſublimi/
tatem.ꝓpter agentꝫ dignita/
tem. humanam venuſtatem
pꝛopter parientis ꝯfoꝛmita
tem.ꝓpter pꝛimuz diciꝭ. Poꝛ
ro ſicut abſo. nō erat vir pul
cher in oīi iſrael. Per abſo
lon q̄ interp̄taꝭ pax patris.
xp̄s intelligiꝭ. q̄ poſuit pacē
inter nos ⁊ pr̄em. q̄ ꝯm diui
nitatē in q̄ ſūma eſt pulchꝛi/
tudo ſiliꝭ eſt pr̄i. Per viruz
iſrl angelꝰ intelligiꝭ.qꝛ videt
deū quē xp̄s excedit ī oī pul
chꝛitudine.alias nō deſide/
raret ip̄m ſūme ꝯſpicere.⁊ ħ
ꝓpꝭ agētꝫ potētiā. qꝛ ꝯm Au/
guſti.a ſummo pulchꝛo non
pōt niſi q̄ pulcherrimū ē ef
⁊ ſpūſſctūs fuit agēs in īcar/
natiōe. Propꝭ ſcōm dꝛꝛ de/
coꝛꝰ nis excedēdo hūanā ve
nuſtatē ꝓpꝭ pientꝫ ꝯtinentiā
q̄ erat pulcherrima. Habu/
it igiꝭ xp̄s ꝯm vtrāq3 naturā

ſcꝫ diuinā ⁊ humanā cōple/
xionē delicatiſſimā ⁊ ꝓportio
nē naturaliū optimā. Unḋ
Crathon iunior phūs ꝑ di
cta epifanij doctoris ipſum
xp̄m videns. ā̄mirando ait.
Nō moriẛ ille hō niſi mors
ſibi ab alijs inferaẛ. Cōſide/
ra igiẛ maẛ filiū t. cōfoſſum
vulnerib₉ ante oculos tuos
pendentē. Deut. xxviij. Erit
vita tua q̄ſi pendens ante te
Unḋ illud Phil'. ij. poterat
dicere. Mihi viuere xp̄s eſt
⁊ mori lucꝝ. Ac ſi diceret Ui
ta filij mei vita cordis mei ē
ſed mors ſua lucrū generis
hūani. Uide faciē quā deſi/
derant angeli ꝓſpicere. ſputꝫ
maculari. alapiſ cedi. ſpinea
corona coronari. quia mille
puncti verticē ei⁹ vulnerauē
runt. ſm Bern̄. Hec filius
mente dixit nō ore. Cui ma
ter rn̄dit ſm Anſ. Fili dul/
cor vnice. ſingulare gaudiū.
vita mee aīe. fac vt ipa mo/
riar ꝓ te. q̄ te ad mortē genui
Sed xp̄us dixit Hiere. xv.
lamentabiliter mr̄i. Ue mi/
hi mater mea. q̄re me genui/
ſti virū rixe ⁊ diſcordie ī vni
uerſa ter. Et ſequiẛ. Omēs
maledicūt mihi. ſ. latrones.
iudei ⁊ gentiles, di. Uachꝛē

Cui mr̄ ſm Anſ. Tu mihi
pr̄. tu mihi ſpōſus. tu om̄ia
mihi eras. Nūc orbor patre
nūc viduor ſponſo. deſolor
prole. oīa ꝑdo. Scḋo be/
ata virgo plāgit filiū ſuū ſub
noīe Abſolonis. q꞉ fuit dul
ciſſim⁹ eloquentia. vł gratio
ſus in lingua ꝑ ſuauitatē p̄/
dicatōnis. Un̄ poterat dice
re cū videret eū elinguē. Fi
li mi mihi nō loq̄ris. Nūq̇d
inſipientior es ſalomone vł
abſolone de quo legiẛ ꝙ fu/
it eloquētiſſimus. ⁊ ſollicita
baẛ corda viroꝝ verbis. No
ta hyſtoriā. Sic xp̄s hodie
pendens in cathedra crucꝫ
ꝓtulit ſeptem verba dulciſſi
ma ⁊ informatiua. De q̄ ca/
thedra dicit Aug⁹. Lignuꝫ
illud in q̊ fixa erāt membra
morientis, cathedra fuit do
centis. Primū verbū fuit
ſitio. Dicit Bern̄. Dn̄e q̇d ſi
tis. ergo ne te plus cruciat ſi
tis q̄ꝫ crux. de cruce taces. ⁊
ſiti clamas ſitio. Ueſtraꝫ ſa
lutē. veſtrū gaudiū. plus aīa
rū veſtraꝝ q̄ꝫ corꝑis mei cru
ciatus me tenet. In q̊ verbo
inſtruit nos deſiderare ma/
gis aīarū ſalutē. q̄ꝫ corporis
voluptatē Scḋm fuit. pr̄
dimitte illis. ⁊c̄. Bern̄. Di/

ra res. iudei clamabāt cruci
fige. ſed xp̄us ignoſce. Ma/
gna illoꝝ iniq̄tas. ſed maioꝛ
tua pietas. qꝛ multꝰ ad igno
ſcendū. In hoc inſtruimur
oꝛare ꝓ inimicis. qꝛ neſciūt
quid faciūt. Quis em̄ ſci/
ens detractiōe ſe occidi eter
na gl'ia ꝑdari. graui ira eter/
nā ſibi irā ꝯcitari. ⁊ his non
careret. Terciū eſt. hodie
mecuꝫ eris in paradyſo. i. in
quiete ⁊ gaudio. qꝛ ſm̄ Am
bꝛo. vita anīe eſt eſſe cū xp̄o
Bern̄. Pulcherrimū ꝯuerſi
onis exemplū. ꝗ̄ cito latro/
ni venia dat̄. plus tribuit ꝗ̄
rogat̄. Ille dixit. memento
mei. Dn̄s dixit. Mecū eris
in paradyſo. Ille dixit. dum
ve. xp̄s ait. hodie. In hoc in
ſtruimur cito paupibꝫ ſub/
uenire. Prouerb. iij. Ne di.
amico tuo. cras dabo. cū ſta
tim poſſis dare. Quartū
eſt. mulier. ecce filꝰ tuus. O
miſerabilis cōmutatio. dat̄
matri ꝓ dn̄o ſeruus. ꝓ magi
ſtro diſcipulꝰ. ꝓ deo ⁊ homi
ne. hō purus. In q̄ ſm̄ Cri/
ſo. inſtruimur oēm diligen/
tiā hr̄e vſq3 ad vltimā reſpi/
rationē eoꝝ qui nos genue/
rūt. Quintū fuit. hely he.
lama. ⁊c̄. In h̄ verbo inſtrui
mur in tribulatiōe deū inuo/
care. qꝛ eſt amicꝰ dulcis i cō
ſolando. prudēs in ꝯſulēdo
foꝛtis in ſubueniēdo. ij. Pa/
ralip. xx. Cū igno. quid age.
de. Sextū fuit. ꝯſumma
tū eſt. ſ. debituꝫ pꝛo peccato
pꝛimi parentis ꝑſolutuꝫ eſt
ꝑ ſanguinē meuꝫ. Ps. Que
non rapui tunc exolue. In
hoc inſtruimur in bono in/
cepto ꝑſeuerare. Bern̄. Per
ſeuerantia eſt ſingularis fi/
lia ſummi regis. virtutum fi
nis ⁊ ꝯſummatio. Greg. In
caſſum bonū agit̄ ſi ante vi/
te terminū deſerat̄. qꝛ ⁊ fru/
ſtra velociter currit qui pꝛi/
us ꝗ̄ ad metas veniat defi/
cit. Septimū fuit. In ma
nus tuas cōmendo ſpirituꝫ
meū In hoc verbo inſtruxit
nos ꝙ in illa terribili hoꝛa
moꝛtis poſtpoſitis oīmibus
cōmendandus eſt deo pa/
tri ſpiritꝰ. qꝛ ſm̄ Bern̄. Do
loꝛ eſt ī exitu ꝓpter reꝝ amiſ/
ſioneꝫ. hoꝛroꝛ in tranſitu ꝓ/
pter demonū obuiationeꝫ.
pudoꝛ in dei conſpectu pꝛo
pter ſecretoꝛū reuelationeꝫ.
Hoc enim tribunali crucis
filius dei pendēs dedit ſen/
tentiā diffinitiuā de diabo/
li condemnatōne. q̄ ibi fuit.

Dedit peccatorū abſolutio/
nem. vnde dicit. pater dimit
te illis. Dedit ſententiam de
regni aptione. hodie mecuꝫ
eris in paradyſo. Tercio
beata ꝟgo plāgit filiū ſub no
mine abſolon. q꞉ fuit delega
tus exilio vl' exul in mūdo ꝑ
paupꝑtatē ꝯuerſatiōis. Cum
eñ ſcḋm aplm eēt diues pau/
per fieri voluit. vt ſua paupꝑ/
tate nos ditaret. ꝓpter quod
mater ſua videns ipm̄ ſuis
indumentꝭ ſpoliari. ⁊ nudū
in ſola carne crucifigi. q̄ car/
ne cuꝫ veſtierat ſcḋm Anſ. po
terat clamare ad patrē illud
ij. Regū. xiiij. Uade ⁊ reuoca
puerū abſo. q. d. O pr̄ reuo/
ca ieſum ad celſitudinē ſupꝑ/
ne dignitatis. reduc eiectuꝫ
tuū de pꝑegrinatione mūda/
ne calamitatis. ⁊ de paſſione
tante nuditatꝭ. Ipe fuit ve/
rus ioſeph venditꝰ a fratri/
bus ſuis in egyptuꝫ. i. in hūc
mundū. Gen. xxxix. Huic fe
cit pr̄ ſuus diuinitatē talarē
tunicā. hūanitatē totā diui/
nitatē tegentē. Un̄ Iſa. Ue
re tu es deꝰ abſconditꝰ. hec
fuit in vtero ꝟginis fabrefa/
cta. multꝭ coloribꝫ in paſſio/
ne polimita. q꞉ fuit de byſſo
carnis ꝟginee. ⁊ purpura ex
ſanguinis effuſiōe. de colo/
re nigro ex plagarū tumore.
pallido ex eſtꝰ feruore. Hūc
ioſeph nō ſolū vendiderūt.
inſuꝑ occiderunt. Uide igit'
o maria ſi tunica fi. t. ſit an nō.
⁊ cū ipa iſtā tunicaꝫ intueret'
ꝑ ſingulas partes. i. mēbro/
rū diſpoſitiones ⁊ dolores.
Rn̄dit. tunica mea eſt. fera
peſſima deuorauit eū. Ipſa
aūt loquit' prī. vide ſi tunica
iſta ſit coeterni filij tui. Quā
cū videret pr̄ ait. fera peſ. de
uo. eū. Un̄ qn̄cunqꝫ pr̄ eam
intuet'. oim̄ iniuriaꝝ obliui/
ſcit'. Bern̄. Reſpice ſctē pr̄ in
faciē chriſti tui. Ecce vox ſan
guinis fra. nr̄i clam. ad te de
terra. intuere dilectū natuꝫ
tuū toto corꝑe extēſum. cer/
ne manꝰ innoxias manātes
ſanguine. ꝯſidera filij latus
crudeli foſſum cuſpide ⁊ re/
noua me ſancto fonte queꝫ
īde credo fluxiſſe. Uide ima
culata veſtigia duris cōfixa
clauis. ⁊ ꝑfice greſſus meos
in ſemitꝭ tuis Quarto plā
git beata virgo filiū ſub no/
mine abſalon. q꞉ fuit lancea
tus impendio. vel ſuſpēſus
in ligno ꝑ vilitatē paſſionis
Fuit eñ crucifixus ī ligno.
cōuicijs laceſſitus. colaphis

ceſus. clauis crucifix⁹. ad vl/
timuz lāceatus. Qđ videns
maria. dolorez filij ſuſtinere
non ꝑualens. exclamat. heu
fili mi abſolon. Unde pote/
rat dicere illud. ij. Reg. xviij.
Uidi Abſolon pendere de
quercu. Ubi tria ponit bea/
ta virgo. ſ. Sue pſone aſ
ſiſtētiā. ꝓpter qđ dicit. Uidi.
veruz vidi inquit. ſeruando
diligenter. condolēdo vehe/
menter. colligendo indeſinē
ter. aſſiſtendo reuerent. Jo.
xix. Stabat iuxta crucem.
Stabat inquā vt paſſionis
ſocia. vt patientis miniſtra.
vt fidei firmitate imota Un
de etiā Ambro. Stabat iu/
xta crucem maria. vt non ſo
lum mortē filij conſideraret
ſed vt ſalutē humani gene/
ris expectaret. Tante eñ ca
ritatis fuit beata virgo ꝙ fi/
lio ſuo in cruce poſito aſtitit
vt ſi neceſſe eſſet. ſeipam cru
cifigendam ꝓ ſalute peccato
rū traderet. Filij patien/
tiam. Unde dicit. Abſolon.
quod interpretatur filius pa/
tiens. per quē chriſtus intel
ligitur. qui non reclamauit.
vt triſtis. vt turbatus ſed ſi
cut agnus corā tondente ſe
obmuteſcit. ꝛ patienter ſuſti
nens ꝓ eis orauit. Hic ē ab/
ſolon pulcherrimus ad in/
tuendum. Salomon pacifi
cus ad diligendum. Sam/
ſon fortiſſim⁹ ad ſuſtinendū
Supplicij ignominiā. ibi
pendere de quercu. ſicut ma
ledictus in lege. cui maledi/
xit deus. Sicut dephēſus
in ſcelere qui tollit peccatuz
ab homine. ꝛ ipe ſine crimi/
ne in cruce pependit qui ap/
pendet tribus digitis molē
terre. qui ſuſpēdit aquas in
nubibus. qui celum et terrā
palmo concludit. qui ꝓ nřos
dolores ſuſtinet. ꝑ quē ho/
mo paradyſum obtinet. Ad
quē nos ꝑducat. ꝛc.

Societ. Jesu Paderborne

Impreſſus eſt libell⁹ iſte
Argentine. Anno dñi. M.
cccc. xcvj. Finitus in die ſan
cti Gregorij pape.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV^a

144

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN